
CHRISTO RECTORE
AC AUTORITATE
Magnifici atq; Nobilissimi
JCTORUM ORDINIS
PRÆSIDE

DN. PETRO Schultz/ J. U. D.

ET PROFESSORE JURIS
EXTRAORDINARIO,
DN. PATRONO, PRÆCEPTORE AC PROMOTORE
SUO MAXIME DEVENERANDO,



JUS COMMENDATIONIS,

IN ACROATERIO JCTORUM HUJUS
ILLUSTRIS VIADRINÆ
DIE JUN. ANNO MDCLXXVI.
HORIS ANTEMERIDIANIS CONSVETIS
Publicæ Eruditorum Discussioni submittit
AUTOR
CHRISTIANUS RICHTER,
VETSCHOV. LUSAT.

Francofurti, Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI.
A. MDCLXXXXI.

BENEVOLO LECTORI FELICITATEM!

IN seculo Novellarum Novitatumq; vivimus, ubi non nisi nova ad innatum ingenii nostri ductum expetimus: sed nova appetentes primam felicitatem amisimus, & proh dolor! quotidiè cum primis parentibus eadem fata experimur. Votorum ...ma est in Novellis Novitatibusq; nova omnia desideran... ; nec ipsæ Musæ moribus antiquis amplius vivere amant, ... in nova anxiè inqvirunt. Hinc tam operosam parturi...is Minervæ molem ubiq; observabis. Nemo ferè est inter ...s Musarum alumnos, cui non nauseam moveat veterum ...diorum repetitio, novamq; quilibet desideret inire viam, ...demq; tractandi, commendandiq;. Adspice Astrææ palæstram, ...anto novitatis studio aguntur hic animi, quàm omnes no... dicendi vel disputandi genere se commendare satagunt, & ...non nova sint, quæ meditantur, cœptis desistere multos vi...bis! Mores hosce ut reprobare non possum, nec audeo, ita nec ...uperandus ero; si jam acta egero, & circa communia cum ...is occupatus visus fuero. Fateor ingenuè, me ad Exemplum ...orum in hoc studio novitatis laudem à thematis raritate ...helasse; sed tamen hisce literis nuncium mittere nolui, utut ... aliis edoctus & αὐτόπτης intelligerem, in hoc Commenda...nis studio alios jam cum laude desudasse. Et licet Novi...es, censente Cicerone, si spem afferunt, ut tanquam in her... non fallacibus fructus appareat, non sint repudiandæ: ...tustas tamen suo loco conservanda est. Quid? quod isti

quoque raræ novitatis studiosi antiqua tractent, & quæ per distinctas Veterum areolas disposita sunt apum instar in floriferis hisce saltibus delibent, suisq; commodis apta colligant. At artis est κοινὰ καινῶς & καινὰ κοινῶς tractare. Sic commune Commendationis jus exhibeo, sed num novo artificio, æquè dicere non ausim, Tuum, Benevole Lector, judicium expectans. Æquius judicabis, si conatum æstimaveris honestum, & quod Tibi, ad majora nitenti, gloriam humi repens reliquerim. Cœptis faveat DEUS, in cujus adjutorium nostros erigimus animos. L.1. pr. C. de V. J.E. *Sic universa benè gerentur & competenter, si rei principium fiat decens & amabile DEO.* Nov. 6. pr.

CAPUT I.

De Commendationibus in genere seu definitione Nominali & Reali.

§. I.

Nominis inquisitio JCtis commendatissima.

CUm non solum ipsi Juris nostri Compilatores *l.1.ff. de Just. & Jur. l.1. §.1. ff. de pact. l.1. ff. de furt & tot. tit. ff. de verb. signif.* sed & quamplurimi auctoritate & eruditione graves viri (qvorum in jure strenuè operam navatam & ad invidiam usque eximia merita si quis dignis celebrare vellet laudibus, vereor ne

-- --- --- Conantem debilitaret onus.)

& a-

alii nunquam intermoriturae famae JCti, ut *Justus Mei-* *in Colleg. Juris Argent. Matth. Wesenbec. in paratit. lib.1.* *.1, lib.2. tit.1. 2. &c.* & *ferè per tot.* Hering. *de fidejuss. c. 2.* atth. Stephani *de Jurisdict. lib. 1. c.1. n. 8.* utile & neces- ium duxerint, ante omnia in nomen rei propositae, od non esse negligendum addiscimus ex *l.1. §. 11. ff. de* *ntr. inspic.* licet manifestissimum sit, inqvirere, & ego emplo eorum idem facturus operam me non perdi- rum spero, cum ab *Etymologia* non improbabilia ducan- argumenta, ut ex *pr. Inst. de testam. ordinand ibiq; ad-* *ctâ gloss. ab Angel. l. 2. §. 1. & gloss* Bart. *ff. de tut. l. Defenso-* *2. & gloss. C. de Defensor. civitat. l. 1. ff. de acquir. vel amitt.* *f.* Panorm. *in cap. 1. circ. fin. de Judiciis. cap. Quamvis. 9.* *verb. signif.* & aliis infinitis locis videre est, imprimis ud Everard, *in loc. argum. legal. ab Etymologiâ.* *argumenta ab Etymol. remissive.*

II. Esse verò *Commendationis* vocabulum origine tinum dubium non est, neminemq; latere arbitror: & idem descendit à *Commendo*, qvod compositum ex *&* *Mando*: hocq; verbum Graeci exprimunt per ἐπαι- qvod est laudare, commendare, Germ. Loben / Be- len: Vid. *Calepinus in verbo: Commendo.* Nam com- initer cum commendatione laudatio personae vel rei et esse conjuncta. Tulden. *ad tit. C. Mand. n. 2.* *Etymologia Commendationis.*

III. An verò vocabulum *Recommendare* sit Latinum, verò Barbarum, placuit hic addere sententiam *Gerhard.* *nnis Vossii* quae extat *lib. 1. de vitiis sermon. cap. 23. pag.* *& lib. 4. cap. 20. pag. 73.* ubi dicit: Non esse Latinitati nforme, etsi perusitatum non plane barbaris; sed esse bum novum. Quemadmodum Recompensare, pro mpensare, vulgatum, at parum Latinum. Interpp. ta- n Juris *Recommendari* est, quando aliquis est in car- ibus propter Crimen, & alii veniunt implorantes offici- *Recommendare.*

 um

um Judicis, ut iste incarceratus detineatur etiam propter eorum interesse. Calvin, *Lexic. Jur. voc. Recommendari.*

Homonymia. VI. Homonymiam quod attinet, non uno eodemq; significatu, sed variè vox *Commendationis* sumitur, nonnunqvam enim accipitur pro *Commissione*: Unde vocabulum *Commendare*, inter alia significat committere, aliquem præficere s. præponere alicui administrationi, & cum Dativo jungitur; Si verò cum Accusativo cum Apud vel Ablativo cum In significat laudare, ut in *l. 12. §. 12. ff. Mandat. Calvin. in Lexic. Jur. verb. Commendare.* At si de *re* dictum, vox *Commendare* (ut *Paulus* ait in *l. 168. de V. S.*) nihil aliud est, qvam *deponere*, & bonâ fide servandum alicui qvidpiam tradere, suo tempore reqvirendum, *l. Lucius 24 ff. depositi, l. Publia pr. ff. eod. & alibi sæpè Gœdd. in comment. tit. de verb. & rer. signif. l. 9. C. depos.* & *Commendatum.* commendatum idem quod depositum est. Et ideo Cujacius *ad librum sent. Pauli* notat, juris compositores perperam pro *commendati* (i. e. depositi) posuisse *commodati* in *l. ult. C. commod.* Wissenbach. *ad d. l. 186. de V. S.* Gothofr. *ad d. l. fin. C. commod. lit. M.* adeoq; h. l. esse fugitivam & pertinere ad *tit. Depositi*; hoc tamen aliis non placuit: Vid. Wissenbach. *ad dict. l ult. C.* Sic *penes aliquem commendare instrumenta* dicitur in *l. 6. C. depos.* qvi deponit. Et *Isidoro* depositum est pignus commendatum. Cujac. *ad d. l. 186. de V. S.* Unde commendare corpus dicit *Ulp. in l. & si quis 14 §. impensa 4. ff. de rel. & sumt. funer.* pro temporis causa deponere, donec justæ sepulturæ corpus tradatur. Nam Paulus in *l. si quis 12. §. 40. eod.* ostendit, plerumque corpora temporis causa deponi: Quod & nos docuit libellus Severo Imp. datus: Oppressus necessitate corpora eorum fictili sacrophago commendaverim, donec is locus

ıs, quem emeram, ædificaretur. Rejicienda igitur *Du-reni* lectio exiſtimantis *in dict.* §. *impenſa.* legi Condendum pro Commendandum; *Calvin. c. l.* Potius approbaremus illam lectionem Wiſſenbach. *ad d. l. 186.* qui *pro Commendandum* ſupponit *Communddandum*, hucque refert ud Ennii:

Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.

d. Cujac. 2. o. 17. Denique notandum voc. *Commendatio-ꞩ* habere interdum etiam vim præcepti & mandati. uo referre poſſumus illud *Cic. l. 1. d. LL.* Sed profecto ſe res habet, ut, qvoniam vitiorum emendatricem gem eſſe oportet, commendatricemque virtutum, ab vivendi doctrina ducatur. Hinc *commendatio civita-*, quæ à Superiori fieri ſolet, præceptum & mandam ſimul continet, habetque ille cui cura civitatis comiſſa, ratione ejus præcipiendi & prohibendi poteſtatem, caturque communiter Præfectus arcis, fortalitii, vel vitatis, der daſelbſt commendiret / der Commendant; in hoc ſignificatu Galli hanc vocem cum vi jubendi i quaſi propriam reddiderunt. Breviter pro materia ſtrata *Commendationem hanc eſſe dico, quæ fit cum laude s perſonæ ſive rei, ſ. actionis, qui vel quæ commendatur, fiq; & curæ alterius committitur.*

V. Synonymia excipit Homonymiam & coincidit ommendatio cum Laude, Laudatione, Teſtimonio, ommisſione Græc. ἐπαίνεσις Unde *Cicero ad Lent. lib. 1. ſtra cæterorumq; amicorum commendatione gratisſimus provincia fuit;* Id: *Magna eſt hominum opinio de te, ma- commendatio liberalitatis, magna memoria conſulatus*: Et ſic per multa nomina ſignificatur vox Commenionis: Nomina enim ſignificandarum rerum gratia erta ſunt, quæ ſi alio qvolibet modo intelligantur; *Synonymia*

nihil

nihil intereſt §.29. *I. de legat.* Nam & *Pedius* nihil referre ait, proprio nomine res appelletur, an digito oſtendatur, an vocabulis qvibusdam demonſtretur: qvatenus mutua vice fungantur, quæ tantundem præſtent *l. 6. ff. de reb. credit.* Nec immeritò vox *Commendationis* ſumitur pro Laudatione: ſemper enim fit cum charitate & laude ejus, qui commendatur. *Cic. Quint. Fratri:* Quam multos mecum egiſſe putas, ut ſe Statio commendarem?

VI. Occaſione hujus vocabuli non adeò extra oleas divagari videbor, ſi *Commendarum* quoqve rationem habeam, materiamque de Commendis, Compterenen/ Commendatoribus, Compters adjiciam paucis: Non enim ſine commendatione hæc dignitas committi ſolet curæque Commendatorum committuntur & commendantur Commendæ. Eſt autem *Commenda* Canonica inſtitutio, ſeu titulus Canonicus *cap. Dudum 54. de Elect. & elect. pot.* quem poteſt Epiſcopus ex cauſa in aliquem idoneum & non niſi unum, vacante Eccleſia ſc. parochiali ad certum tempus conferre: dixi autem ex *Cauſa:* Nam evidenti neceſſitate vel utilitate ipſius Eccleſiæ ſvadente ea fieri ſolet: & donec vacanti Eccleſiæ provideretur, durare ſolet Commenda. *Dixi in idoneum:* Commendat enim vacantem Eccleſiam parochialem ſeu patronatam non alii, niſi conſtituto in ætate legitima & ſacerdotio: & illa ultra ſemeſtris temporis ſpatium non durat: nec in plurium, niſi unica perſona fieri poteſt, & quicquid ſecus de commendis Eccleſiarum parochialium actum erit, ipſo jure irritum eſt, *per c. Nemo deinceps de electione in 6. Lancelott. Inſtit. Jur. can. l. 1. tit. 28.* §. *10.* confer. *Rebuff. part. 1. prax. benef. tit. de Commendat.* Petr. Gregor. *Syntagm. jur. lib. 17. c. 2.*

Deſcriptio Commendæ

VII. Com-

VII. Commendarum verò ſive Commendationum *Origo Commendarum.* riginem & progreſſum ita exponit *Petrus Suavis hiſtor. nc. Trident. lib. 2.* Bello *inquit*, aut peſtilentia, aut alia ıſmodi cauſa ſic per regionem aliquam graſſante, ut miniſtri vita functi locum alius ſtatim eligi non pos- ,is,penes quem regimen erat & adminiſtratio eccleſia- ca,vacantem Eccleſiam homini notæ probitatis & do- inæ commendabat,ut præter Eccleſiæ propriæ curam, cantem etiam adminiſtraret, quoad de proprio & pe- iari rectore ei provideretur,qvi tamen nullam in Ec- ſiæ facultates poteſtatem exercebat ritè,niſi ut eas gu- naret, conſervaretque.

VIII. Sed poſterioribus ſeculis ſenſim irrepente *Commenda perpetua ſ. ad vitam.* ltiplicitate beneficiorum,in favorem perſonarum cœ- unt practicari *Commenda perpetua*, ſignificatione ver- alterata, & à ſuâ origine ac etymo degenerante. Pro- ſſum verò Commendæ talem laudatus *Suavis cit. loc.* cribit. Temporis progreſſu, *inquit*, Commendatarii *Progreſſus Commendæ* ios ſive necesſitatis ſive honeſtatis adſpectus obten- tes, fructus occuparunt,atque ut diutius iis fruerent quo minus Eccleſiæ aliter proſpiceretur, varia im- imenta objectare ſolebant. Cui malo ut iretur ob- n,præſcriptum,ne Commenda duraret ultra 6. men- at Pontificibus viſum ex plenitudine poteſtatis mul- ongiori tempore Eccleſias id genus commendare, lem etiam durante vita commendatarii & cum eo, acultas eſſet, præter impenſas neceſſarias emolu- tis omnibus utendi fruendi: ſic quod utiliter fuit ogitatum, cum à primâ inſtitutione degeneraſſet, ooribus corruptis adhibitum ad pluralitatem pal- lam; cum beneficiato aliud beneficium aut plura mendarentur: ſervatis ſcilicet verbis legis, de non

conferendo nisi unico uni personæ beneficio: sed mente neglecta, qvandoquidem Commendatarius ad vitam, re & effectu non differebat ab eo, qvi cum titulo possidebat. Et quidem in immenso beneficiorum commendatorum numero adeò fœdè ac turpiter ab officii tramite est exorbitatum, ut hoc ipso seculo, postquam Lutherani se commovissent, & reformationem omnes deposcerent, (*sunt verba Suavis*,) Clemens VII. Papa non erubuerit anno 1534. Hippolito Medicæo Cardinali nepoti suo, omnia per Orbem beneficia secularia & regularia, dignitates & rectoratus, simplicia & curata vacantia commendare sex mensium ab eo die, qvo in possessionem eorum mittendus esset, computandorum, cum potestate de fructibus omnium arbitratu suo disponendi, eosq; in usum suum convertendi &c. Confer. *Id. lib. 6. fol. 561. Francisc. Duaren. de sac. Eccles. ministr. lib. 5. cap. 7.* Matth. Steph. *discurs. Academ. 5. vol. 2. Camill. Borell. Decis. lib. 1. tit. 32.*

Usus Commendarum hodiernus.

IX. Hodiernum si spectamus usum, communiter fiunt *commenda*, ut Commendator possit fructus nedum in utilitatem Ecclesiæ, sed etiam in usus suos convertere, Besold. *Thesaur. pract. verb. Commen*thur. adeoq; usus Ecclesiæ vel Reipublicæ est perexiguus, *Burgoldens. ad Instr. Pac. p. 1. disc. 20. n. 13.* quod etiam in Commendis Johannitici Ordinis observamus, de qvibus ex professo hic agere non convenit; sed origimem vide sis apud laudatum *Burgoldens. d. l. & celeberr. Mart. Schoockium de bon. Eccles. sect. 3. c 21. Rudolph. Hospin. de Orig. & progr. Monachat. c. 17. Balth. Bebel. de Eccles. Evang. & Judaic. art. 2 sect 1. § 15.*

Iohannitici Ordinis origo remissivè.

Commendatores Provinciales qui?

X. Referuntur autem hi ipsi Commendatores ad Provinciales, Land-Commenthuren/ vel corruptè Compters/ quales sunt, qui imperio mediatè parent, *Blum. Proc.*

roc.Camer. tit. 27. num. 35. Fritsch. in Manual. Jurispr. publ. *ic: Commenda p. 136.* aliàs enim multi ex Commendatobus Ordinis Teutonici immediatè Imperio subsunt, uin imò nonnulli comitiis Imperii, ut Status, interfuê- ; vid. *Rec. Imp. de anno 1559. 1567.* & novissimus *de anno 54. in subscriptione,* Reinking. *de Regim. secul. & Eccles. lib. l. 5. c. 10. n. 23. & seqq.*

XI. Sed ut è diverticulo in viam redeam, ad ipsam *mmendationem*, hanc popularius describo *per actum, o persona, res actionesq; ad nostrum aliorumq; commodum laudantur & fidei alterius committuntur. Jusq; comendationis est illud, quod in hoc actu obtinet & observatur.* *Definitio realis Commendatio & Jus Com. quid?*

XII. Dividitur à modo in verbalem & literalem, ecq; nomine celebres sunt *literæ commendatitiæ* Germ. *commendation*-Schreiben/ *Intercessionales*, Fürschriff- n/ *Besold. d. l. verb.* Commendiren / & κατ' ἐξοχὴν à Germanis sæpius exprimuntur sine apposito per vocabulum, *commendation.* Apostolus *2. Cor. 3, 1.* vocat easdem ιστολὰς συστατικὰς, utpote quæ constituunt & faciunt, ut is consistat. Hocque nomine celebris est *l. si epistolam or. ff. de acqu. rer. domin.* cujus notabiliora verba pro tituti ratione hæc sunt: *Idem accidet in his literis, quas duntaxat rei gratiâ misero, veluti si petieris à me, uti te ui commendarem, & eas commendatitias tibi misero litas.* Has ipsas *Honorius & Theodosius Impp. in l. fin. C. cum eo qv. in al. pot. est &c.* vocant *epistolas familiares,* *bus homines plerumque commendant absentem.* De his gularis textus in *Cod. Theodosian. sc. l. 5. de pact. & trans-* habetur, hisce verbis: *Non dubium est, eum à fide iti recessisse, qui quæ promiserat, implere noluit, Vainiane Karissime: Proinde, si adversario suprascte, quominus explicaret ea, quæ spoponderat, fides* *Divisio à Modo.* *Epistolæ familiares.*

 placiti

placiti vacillat, familiares literæ, *quas ad se missas dicit, supplici magnopere non oberunt.* Ex qua summam hanc format *Jac. Gothofred.* pœnam pacto adjectam familiaribus literis post fidem non præstitam, acceptis, remissam ideò non videri. conf. *Commentare.*

Alia divisio ab Effectu. XIII. Ratione effectus dividi solet in nudam vel non nudam s. prægnantem. Illa ex generali commendatione determinatur, qva aliqvis probus & industrius esse laudatur, atq; alterius favori committitur; qvæ nunqvam obligatoria est: hæc scilicet prægnans specialior est, qua quis inducitur ad contrahendum aliàs non contracturus, vel fides alicui impetratur, dadurch jemand Glauben gemacht wird/der sonst keinen hätte / cum distincta sint commendare, bloß befördern / & fidem impetrare, Glauben machen: quæ specialior obligat, maximè si fraus & dolus commendantis accesserit, de qua in Dapp. seqq. *Mevius ad Jus Lubec. lib.3.tit.10.art.un.n.16. & 56. Hering. de fidejuss. c.18. n.8. & seqq.* Et sic specialior inducit mandatum, v. gr. commendo tibi hunc virum, petoq; ut ope consilioq; & si eget, pecunia juves; *Mevius d. l.n.25. & 26.* cum aliàs à Mandato differat commendatio in genere. vid. *Eckolt.ad tit.ff.Mandat.§.fin.*

CAPUT II.
De Commendatione Personarum.

§. I.

Methodi ratio. JUxta tria Commendationis objecta hæc jura tractaturus, primum locum ad imitationem methodi Justinianeæ ipsis Personis concedo: In ordine verò personarum

arum *legis 6. C. de servit. & aqua & cap. qui vult eleemo-nam 19. de pœnitent. dist. 3.* memor, scil. Quod ordina- charitas incipiat à se ipsa, *Commendationem sui ipsius* ræmitto, disqvirens, *An quis semet ipsum commendare* ossit, *& an tali modo quoq; se reddat obligatum?* Quod rius attinet, dicendum esset cum Moralistis, quod on liceat seipsum laudare, & sic per conseqvens illi- tum sit, se ipsum commendare. Ratio, Nemo enim e se ipso idoneus est testis, cum testis de domo etiam juris peritis non magnifiat *l. 10. ff. & C. de Testib.* Laus nim & commendatio hominis propria nihil aliud est, uam hominis alicujus de suâ ipsius virtute testimoni- n *Itter. in Synops. Phil. mor. lib. 1. cap. 2. axiom. 3.* indeqve r tristissimum; *Propria laus sordere dicitur:* Eigen ob stincket. Sed cum primò homo id habeat com- une cum omnibus animantibus, queis sensus sui in- t, ut seipsum quam maximè amet, seipsum studeat nnibus modis conservare, quæ bona sibi videntur, tatur adqvirere, mala repellere: Et iste quidem cujus- et erga seipsum amor regulariter tam validus sit, ut ævis inclinatio erga quemvis alium hominem ipsi ce- t; Sam. Pufendorf. *in Elementis Jurisprud. univers. l. 2. serv. 3. p. 397. de Jur. Nat. & Gent. l. 2. c. 3. §. 14. pag. 182. & c. 1. §. 2.* Non enim omnis Philautia prohibita, sed il- quæ cancellos recti & honesti excedit. Confer. Cele- r. Dn. Thomasius *Exercit. Philos. de Philautia c. ult. §. 79.* n in totum improbanda commendatio sui ipsius ex amore fluens, sed eadem certa ratione admittenda . Sordet laus propria quæ spirat φιλαυτίας vene- n; benè olet, quæ heautophiliæ rosetum; fœtet, m autadia parit, olet, quam gloria Numinis, con- ntiæ securitas, proximi necessitas expostulat: fœtet,

Commendatio sui ipsius & in quantum licita?

cum quis se solo præcone utitur: olet, cum gestit in calculo sapientum: sordet, si fluit ex fœdâ cloacâ vitiorum, si mendax, si alaxonia militis gloriosi inanis, sic Eigen Lob ist scheltens werth. Benè olet, si nempe id fiat injuriæ depellendæ causa, adjectâ invidiæ aut jactantiæ deprecatione. Vid. *Libell. Plutarchi eâ de re integr.* Illud hominis est impudentis, cum sordescat (*ita Lorin. ad Acta p. 819.*) laus in ore proprio, & ad laudationem etiam alterius erubescendum sit iniqvi: eò quod tribuat sibi, quam ab alio accipere laudem debebat. *Basilius* verò sacrilegium notat, qui DEI dona sibi vindicet, & DEO debitam gloriam ad se trahat: adde stulti, ita enim moria Erasmi negat, se ab ullo mortalium genere coli simplicius & constantius. Ita simia in fœtum recens editum intuetur, velut in statuam, pulchritudinem suam miratà *Dannhauer. Colleg. Decalog. Qv. 14. p. 586.* Bene olet, præprimis si fiat expressa necessitate, ut Pauli περιαυτολογία *2. Cor. 12.* Finis (*ait Calv. ad Corinth. p. 302.*) liberabat eum ab omni calumnia: quoniam nihil aliud spectabat, quàm ut Apostolatus sui honor salvus maneret in Ecclesiæ ædificationem, nisi enim imminutus fuisset Christo honor, facilè tacitus sivisset de suâ existimatione detrahi. Optimè, si ab alio extra te, te non ambiente, non emendicante, non per ἀμοιβὰς elogiorum reciprocante virtutem.

--- --- invitam blandè vestigat & ultrò,
ambit honor, docuit toties à rure profectus
Lictor, & in mediis consul quæsitus aratris.

Claudian. Necessitate, inquam, urgente licet seipsum laudare, quæ semper θεῖόν τι, adeoque raro ad famæ tuitionem, *2. Cor. 10. & 11.* plurima & maxima, quæ alioquin mortales omnes latuissent, de se ipso aperit, & alio-

m ædificationem. Apud diſcipulos [*ita Serar. ad Joh. rt. 2 p. 350.*] magiſter, apud filios pater, apud junio-
s ſenior laudes quasdam ſuas narrare poteſt, vel qvod
ud illos ipſi auctoritas neceſſaria ſit, vel qvod ad ho-
ſtatem illos ac imitationem exſuſcitare oporteat. Sic
hriſtus Dominus: Diſcite à me, qvia mitis ſum, & hu-
ilis corde, *Matth. 11.* Vos vocatis me: Magiſter & Do-
ine & benè dicitis: ſum enim. Laudatus Danh. *d. l. qv. p. 649.*

II. Fines itaqve boni paſtoris egrediuntur, qui va- gloria ducti, pesſima Philautia ſeducti virtutis ſuæ la- tis encomia κενοδοξίας plena ebuccinant magno hiatu, sqve manibus vivi parentant prudentioris poſterita- ſecuri; ubi nec neceſſaria Eccleſiæ ædificatio, nec glo- divinæ majeſtas hoc exigit. Hanc ambitionem *ju- e Camerario*, deridens verumqve laudis permanentis m oſtendens Gentium Apoſtolus *2. Cor. 3, 1. & ſeqq. ibiq. ſm. Schmid. Num incipimus*, inquit, *rurſus nos ipſos mendare? aut num egemus, ut nonnulli, commendati- literis ad vos? aut Commendatitiis à vobis? Epiſtola ra vos eſtis, inſcripta cordibus noſtris, quæ intelligitur legitur ab omnibus hominibus: Dum declaramini, quod epiſtola Chriſti, ſubminiſtrata à nobis, inſcripta non a- mento, ſed Spiritu Dei viventis, non in tabulis lapideis, in tabulis cordis carneis:* Quod ipſum paraphraſi ſua tisſimâ exornat celeberrimus Jeſuita, *Cornelius à La- v. 2.* hoc modo: *Vos, ô Corinthii, meâ operâ conver- ſtis mihi inſtar epiſtolæ commendatitiæ ab omnibus lectæ ntellectæ, quam pro mea commendatione exhibeo, qui- volo; ſicut enim opus commendat opificem & ſigillum ſignatæ facit fidem: ſic vos quaſi epiſtola commenda- à vobis obſignata me commendatis. Omnes enim ſci- unt*

Exceſſus in Commendatione ſui ipſius.

unt, quales fueritis ante conversionem, scilicet intemperantes, gula, libidini, aliisq; vitiis & cupiditatibus addicti, (erat enim Corinthus emporium celeberrimum, uti omnium mercium, ita & vitiorum.) Jam verò vident vos per meam prædicationem totos esse mutatos in alios homines, temperantes, castes, mites, humiles, pios, eleemosynarios. Hæc ergo vestra conversio est mea epistola commendatitia, i.e. testimonium & commendatio publica meæ prædicationis apud omnes gentes.

Gratiæ & auræ popularis aucupiam improbum.

III. Nec medium commendationis sui ipsius Pastoribus licitum est ἀνθρωπαρεσκεία & ἀνθρωποδουλεία, qvam *Paulus* vocat εὐπροσωποποιΐαν, ad *Gal. 6, 12.* ὅσοι θέλουσιν εὐπροσωπῆσαι ἐν σαρκί, Luther. die sich wollen angenehm machen/ Gratiarum aucupes, Latinis, ut ventus est, ita velum vehitur. Contra quos applicanda venit *Hieronymi*, qverela, quam de sua patria Stridone edidit, *epist. 43. ad Chromatium. In mea*, inqvit, *patria rusticitatis vernacula, DEUS venter est & in diem vivitur; & sanctior est ille, qui ditior est. Accessit huic patellæ dignum operculum Lupicinus Sacerdos, secundum illud, de quo semel in vita Crassum risisse ait Lucilius: Similem habent labra lactucam, asino carduos comedente; videlicet, ut perforatam navem debilis gubernator regat, & cæcus cæcos ducat in foveam, talisq; sit Rector, quales illi, qui reguntur. Joh. Conrad. Danhawer. Theolog. Conscient. part. 2. dialog. 3. de Hierarch. Eccles. pag. 1089.* De sale infatuato legantur monita D. Lutheri *Tom. 4. Witteberg. in Matth V. pag. 21. & seqq.* Et pro corrigendis *Pastorum* hisce nævis & status Ecclesiastici corruptelis eradicandis catechetico conscientiæ scrutinio commendatissimus Theologus *Arnold. Mengering. cap. 19. quæst. 19. pag. 14. 24.* hanc format: Ob du in deinem Ampt und Predigten der Welt-Gunst

und

md favor gesucht / dein Ruhm und Ehre / Lob und
Ansehn / daß die Leute deine herrliche Gaben und
fürtreffliche kunstreiche Predigten und Methodum do-
cendi erkennen / preisen und hoch achten möchten?
Erklärung: Ich weiß nicht ob solche Leute noch heut
u Tage leben mögen / das weiß ich aber wohl / daß
s Sünde sey / und sie solches werden zu verantwor-
en haben.

IV. Si jam consulo Jus commune, præter illas com-
mendationes, qvibus Constitutiones suas, maximè No-
vellas sæpius orditur Imperator Justinianus & muneris
i Imperatorii partes, curas & sollicitudines pro sub-
itorum salute commendat, quas hodiè Principes sœ-
ssimè in Constitutionibus imitantur, pro commen-
atione sui ipsius occurrit specialis textus *in l. 4. §. 3. ff.
offic. proconf.* ubi commendationis sui ipsius fit men-
o, quod ex contextu ad oculum patebit. *Antequam
erò*, ait Ulpianus, *fines provinciæ decretæ sibi proconsul in-
essus sit: edictum debet de adventu suo mittere, contines
mmendationem aliquam sui: siqua ei familiaritas sit
n provincialibus, vel conjunctio, & maximè excusantis,
publice vel privatim occurrant ei: esse enim congruens,
unusquisq; in sua patria eum exciperet.* Ex quo textu
paret, non solum licitam esse commendationem sui
us, sed & necessariam ex Superioris mandato, cum
tem edicti constituere debuerit. Verum Justinia-
s vetuit postea ulla Edicta præmitti in provinciam,
ut biduo, antequam ingrederetur Proconsul seu
ses, amicè ad decessorem suum scriberet, ut sibi co-
tem mitteret, qui ex ipso desinebat esse Magistra-
*Nov. 95. cap. 1. §. 2, ibiq; Matth. Stephan. num. 5. Peretz.
tit. Codic. de offic. Proconsul. num. 6.* Amicæ hujus in-

Commendatio sui ipsius ex jure comm.

G tima-

timationis provinciæ delatæ exemplum videri poteſt apud *Cicer. lib. 3. epiſt. ad familiar. 2.* ubi ipſemet Cicero Proconſul declaratus Appio Pulchro adventum denunciat. *Vides*, inqvit, *ex S. C. provinciam eſſe habendam. Si eam, quoad ejus facere potueris, quam expeditisſimam mihi tradideris, facilior mihi erit quaſi decurſus mei temporis.*

Obligatio ex Commẽdatione ſui ipſius. V. Si jam ratione membri poſterioris in *quæſt. 1. num. 1.* propoſiti disqviratur, *an quis ex commendatione ſui ſimili* obligetur? Reſpondeo cum *Rofredo Beneventano in quæſtion. Sabbatin. qu. 2.* qvod ſic; adeoque ſi beneficio talis commendans præbendam vel officium obtinuiſſet, poſtea verò appareret imperitus & inſufficiens, poteſt removeri & præbenda vel officium revocari. *Remotio ab officio.* Licet enim durum hoc videatur, magnique ſit præjudicii à munere depoſitio, fortunas & famam contingens, adeoque non temerè leviterque tractanda, Mev. *P. 7. Deciſ. 27. num. 7.* Chriſtian. Iſing. *de promotionib. honor. cap. 5. num. 211. Capyc. deciſ. 178.* Unde vix ac ne vix quidem approbandum illud *Veſpaſiani*, quod juvenem fragantem ungvento, cum ſibi pro impetratâ præfecturâ gratias ageret, nutu aſpernatus, voce etiam gravisſima increpuit; *Maluiſſem alium oboluiſſes*, literasque promotionis revocavit: *Sveton. in Veſpaſian. cap. 8.* aut *Auguſti*, qui legato conſulari, ceu rudi ac indocto ſucceſſorem dederat, quod ejus manu *Ixi* pro *Ipſi* ſcriptum animadvertiſſet. *Id. in Aug. c. 88.* Si tamen juſtisſima adeſt ratio, uti imperitia, & perſonæ inhabilitas, juſtè etiam removeri poteſt & debet, Dn. Brunnemann. b. m. *ad l. 25. ff. de Procuratoribus & l. 2. C. de ſportul.* ne Eccleſia vel Reſpublica detrimentum aliquod capiat: melius enim eſt, unum quam omnes perire. Sic quidem turpius ejicitur, quàm non

non admittitur hospes, *c.25. X. de Jurejur.* Sed dum fortunæ suæ faber fuit, seqviorem eventum sibi suæque temeritati imputet remotus, quod semetipsum commendaverit, seque officio dignum dixerit; damnum enim quod quis suâ culpâ sentit, sentire non videtur *l. 203. de R. I.* Tutiùs tamen aget, meliusque famæ suæ consulet, si jure præventionis utatur, & ipsemet sponte de causis in speciem v. gr. quietis, fictis resignet, suumq; pudorem purget, *arg. d. l. 25. ff. de procurat.* Ipse etiam Superior Christianæ charitatis officium præstare potest, si officialem non vi statim exturbet, sed ad spontaneam remissionem invitet, vel etiam per occulta cogat media; Wann man es einem so sauer macht / daß er abdancken muß. *Consilium pro indigno & inhabili.*

VI. Ad revocandam verò præbendam condictio sine causa, vel causa data, causa non secuta proponitur, quasi quod causa, quæ videbatur ab initio justa, modò recidat ad injustam, *l. 1. ff. de condict. sine caus.* quasi causa patrocinii dedit, vel causa militiæ: & patrocinium & militia sunt inutilia, & sic causa non videtur secuta, ex qvo cum effectu non videtur secuta. Item debet juvari Ecclesia vel Respublica quia certat de damno vitando, officialis de lucro captando; & sic potior est causa Ecclesiæ vel Reipubl. damnum vitare volentis per *l. Scimus. ult. §. 5. C. de Jure deliberand.* Non enim eadem est ratio, debita amittere & lucra non capere, *l. ult. §. 2. C. de Codicill.* Præterea licet causa non fuisset expressa, propter quam non secutam non debeat repeti: tamen sua temeraria asseveratio inducit repetitionem: namque venditor qui alias non tenetur, tamen quia aliquando facilè asseverat, quod non debuit: lex dicit eum teneri, *L. Julianus 13. §. 1. ff. de action. empt.* Cum enim, *Actio ad revocandã præbendam*

inquit Beneventanus c. l. te, commendabas, hoc faciebas in perniciem aliorum: Ideò propter dolum teneris, per *l. arbitrio 18. ff. de dolo.* Imo dicit quod præbenda ipso jure sit amissa, quia dolus dedit causam contractui: Unde ipso jure nullus est contractus, si est bonæ fidei per *l. Eleganter 7. pr. ff. de dolo:* Si verò sit stricti juris, licet contractus tenuerit, debet tamen rescindi per actionem de dolo per *l. dolo vel metus. C. de inutil. stipulat.* Hæc enim causa cessat, propter quam præbenda vel officium concedebatur, unde illa cessante cessat effectus per *l. 1. & 2. §. fin. ff. de donat.* nam causatum perimit causa perempta suum. Si enim inscitia fuisset nota, præbenda non esset concessa. Unde quia te tanqvam idoneum elegi, non tenuit collatio beneficii, cum reperiaris minus idoneus: sicut non tenuit institutio filii, qui tanqvam filius institutus est, cum filius non esset, sed potius, si illud vitium scivisset, te nunqvam instituisset per *l. si pater 4. C. de hæred. instit.* Sicut enim rescriptum tacita veritate impetratum, qua cognita, privilegium non daretur, non tenet: ita & hic, per *l. 1. in fin. ff. de ventr. inspiciend.* Cum enim dolum in tui commendatione commiseris: nec alias alteri in tui præjudicium deberet provideri, tamen ratione doli tui totum commodum tibi debet auferri per *l. qui testamento 37. ff. de Excus.*

An & quomodo quis se ipsū possit eligere.

VII. Occasione jam motæ quæstionis non inutile erit hic tangere & illam, quæ tamen multimembris: *An is cui data est potestas eligendi, possit se ipsam eligere: vel: an & quomodo aliquis se ipsum eligere, aut electioni suæ ab aliis factæ ipse coelector consentire, atq; suâ voce eligentium numerum augere majoremq; partem facere possit?* Qvoad prius membrum hujus qvæstionis dicendum,

um, quod talis Electio non teneat: imprimis ideò, quia opulus nunquam de ipsius personâ cogitavit, quando sum elegit, ut eligeret se, sed tantum de extraneo: si nim contrarium populo placuisset, ipsum elegisset, & c evitatus fuisset iste circuitus *arg. l.1 circ fin. C. de caduc. ollend.* Ergò si se ipsum elegit, contra fines mandati ecit, unde quod actum est, ipso jure non tenet, *arg. l. iligenter 5. ff. Mandati.* Præterea esto, qvod de ipso intellexisset populus, ipse tamen se intromittere non debeet, nam incidit in legem Juliam ambitus, quicunque onores desiderat, vel operam exhibet, ut honorem ossit habere *per l. un. §. 1. ff. ad Leg. Jul. ambit. & l. un. d. tit.* Cum enim per illam *l. unic. §. 1. ff.* debeat puiri centum aureis, qvomodo honorem petet de crimie, cum non debeat esse in pœnâ præmium? *arg. l. si ab ostib. 10 §. 1. ff. solut. matrimon.* nam licet si honestus hoo, & talis cui officium vel dignitas conveniat, se isum offerre non debuit, nec eligere: nam quis debet ogi invitus, rogari cogendus: nam indignus est honois regimine, nisi quis fuerit ordinatus invitus *per l. si uemquam 31 C. de Episcop. & Cler.* Honesti enim viri voati ad civilia munera, nedum non se ingerunt, imò à ali vocatione appellant per *l. Hiqui 7. C. de appellat.* si eim fuisti electus ut eligeres, alium debuisti eligere & on te: quia nemo in propriâ causâ autor fieri potest *1. §. fuit quæsitum. ad SCtum Trebellian. l. 1. de aut. tut.* onne suspectus redditur? qvi operas suas ingerit invis & per conseqvens non est ferendus *l. quæ omnia 25. f. de Procuratorib. l. 25. ff. ad Leg. Cornel. d. fals. Salyc. in l. quemquam. 31. C. de Episcop. & Cleric.* Mynsing. *C. 4. Obs.* Umm. *ad Process. judic. Disp. 9. num. 57.* hinc desiderantibus locus regiminis est negandus, fugientibus offe-

rendus *can. in scripturis 9. c. 8. quæst. 1.* & indignus est sacerdotio, qui non est ordinatus invitus *per dict. l. 31.* Sic Alexander Severus illum Prætorio præfecit, qui ne fieret, etiam fugerat, dicens: *Invitos, non ambientes in Republ. tolerandos esse: Dionis. Gothofr. ad d. l. 31. lit. X. Matth. Stephan. de Jurisdict. l. 3. p. 1. c. 9. num. 32.* & hoc honestius est, juri conveniens omni; nemo secundum Apostolum debet sibi honorem assumere, *c. 9. c. qualiter 17. X. de elect.* nemo potest authorizare sibi ipsi *Roch. de Curt. de jur. patron. in verb. honorific. num. 20.* & si aliquando legisti Grammaticam, nonne ideò Imperativus caret prima persona, qvia nullus sibi imperare potest? Item cum prohibeatur, ne aliquis in privatâ causâ & propria sit Actor & Judex vel Arbiter, multominus in publica, nam cum hic majus sit periculum & majus consilium. Et in tantùm prohibitum est proprium judicium & autoritas in hâc causâ, & in officiis conferendis, ut etiam sibi aliquis munus saltem onus, dignitatem autem nullam, annexum habens, injungere neqveat, hinc prætor ipse se tutorem dare nequit *l. Prætor. 4 ff. de tutor. & curat.* Præterea si tu allegas, quod ita Romæ fuit factum, non valet: non enim quid Romæ fit, inspicitur, sed quid fieri debeat per *l. 12. ff. de Off. Præf.* Item cum data tibi fuit potestas eligendi, tua videtur persona excepta, quia in generali sermone non continetur persona loqventis *per inquisitio 18. C. de solut.* licet contrarium generale ab alterà parte possit allegari. Cum enim affectas potestatem, hoc ipso censeris indignus: Item ista duo Relata, electus & eligens in eandem personam non cadunt, sicut nec ista emtor & venditor *l. 1. de rer. permut. l. hæres. de fidej. ff. Rofred. Beneventan. qv. Sabbat. 3. per tot. conf.*

Discurs.

Discurs. in hac Viadrina celeberrima anno 1658. habitus Generos. Dn. Godofredi de Jena : *An & quomodo aliquis seipsum eligere aut electioni sui consentire possit ?*

VIII. Quanqvam multi volunt, dict. legem : *si quem quam 31. C. de Episc. & Cler.* quippe in quâ modus præscribitur, quem observare debent Clerici ambientes munus Ecclesiasticum, hodiè non practicari, & sic venditionem & emtionem officiorum admitti, talemque ambientem in crimen ambitûs non incidere : ad horum tamen objectiones pluribus responderunt *Petrus Gregor. Tholos. in S. J. U. lib. 36. cap. 29. & Ziegler. de Off. Jud. conclus. . per tot.* *Nundinatio officiorum.*

IX. Ad ultimum tandem membrum quæstionis propositæ pervenio ; *qvomodo scilicet quis seipsum eligere possit vel ex numero Electorum non solum unus eligi : verum etiam si quinq; sint, duo tertium, vel si septem, tres quartum eligunt : An tunc ille si tria habeat suffragia, se ipsum eligere & in electionem sui consentire, suaq; voce numerum augere, & pluralitatem votorum efficere possit ?* Resp. In Imperio Romano nostro id licere, *per text. Aur. Bull. tit. . §. fin. Reinking. de reg. secul. & eccles. lib. 1. class. 3. cap. 5. num. 23. Arum. ad Aur. Bull. disc. 2. th. 22. Limn. de Jur. publ. lib. 2. cap. 3. num. 72.* conf. Beck. *ad Jus publ. lib. 2. cap. . n. 14.* cum & lege publicâ sit statutum, & observantiâ, quæ optima legum interpres *l. 37. ff. de LL.* corroboratum, non attentis iis, quæ modo allatæ fuere, rationibus : Nec obstat *l. 10. ff. de Jurisdict.* ubi dicitur, quod nemo in propriâ causa possit esse Judex, nec testis *l. 10. ff. & C. de testibus.* Atqui hoc in casu, si se ipsum eligat, existeret talis. E. sed Resp. Lex ex lege explicanda, & aspicienda *alleg. l. 37. ff. de LL.* Licet enim de jure civili quis prohibeatur esse judex & testis, tamen hâc in electione *Qvomodo quis seipsū eligere possit ?* *Electio sui ipsius in Imp. Rom.*

ne

ne videmus contrarium, & consvetudine aliud introductum, quam etiam seqvimur, & sunt tantum præsumtiones juris, E. cedunt veritati, vel si contrarium exstat; qvod etiam probatur *arg. l. 4. ff. Quod cujusq. univers. nom. cap. 33.* X. *de election.* quod qvis se ipsum eligere possit. Verba *A. B. tit.* 2. §. *fin.* sunt satis perspicua, *ibi: In casu deniq., quo tres Principes Electores præsentes, seu absentium Nuncii, quartum ex se, seu ipsorum consortio videlicet Principem Electorem, præsentem vel absentem in Regem Romanorum elegerint, vocem illius electi, si præsens fuerit, aut Nunciorum ipsius, si eum abesse contingeret, plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum partemq. majorem decernimus constituere ad instar cæterorum Principum Electorum:* Exempla præbent Maximilianus II. Rudolphus II. Matthias, Ferdinandus II. *Reinking. de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 3. cap. 5. num.* 24. Generos. Dn. de Jena *cit. loc. thes. 16.* Idem §. *A. B.* practicatus fuit in Ruperto Imperatore, qui cum à Moguntinensi, Trevirensi, Coloniensi, Archiepiscopis, esset electus, sibimet ipsi qvartum dedit votum, Vid. Daniel Otto *de Jur. publ. cap. 10. pag. 258.* sed liberè magis Sigismundus Caroli IV. Imp. filius: qui cum ad Comitia tanqvam Elector Brandeburgensis vocatus esset, dignitatisque Regiæ gratia primus sententiam dicere de nominando Cæsare rogaretur, seipsum nominavit; Me [*inquiens*] ego novi, alios non itidem, an æque mecum Imperio orbis digni sint, præsertim in tanto rerum motu, quo Italia quoque schismate ibi durante plurimum laborat. Mirati hanc tàm liberam & apertam Sigismundi vocem, cæteri Electores communi assensu illam approbarunt, *Dubravius lib. 22. hist. Bohem. conf. Beck. ad J. P. cit. loc. Limn. ad A. B. obs. ult. & de J. Publ. l. 2. cap. 3. num.*

76. ubi

rd. *ubi examinat fidem Dubravii*. Obiter verò circa dissensum Electorum notandus error citati *Dubravii hist. Bohem. l.6.* & aliorum, qvi dicunt Regem Bohemiæ tunc demum, si discordes ubiq; Electores sint, tanqvam arbitrum ad Electionem admitti; qvo pertinent versiculi ingenio & veritate steriles: *Rex Bohemiæ eligit simul cum aliis Electoribus.*

Ich bin der Churfürsten Obermann/
Weil man nicht wol eins werden kan/
Und wann sich etwan in der Wahl
Zutrüg ein Zwietracht dazumahl/
Welchen ich dann die Stimme mein
Thu geben/der soll Käyser seyn.

Hunc enim errorem satis detegit & refutat tenor *A. B. c.4 §.3. & c.7. §.1.* licet hodiè ob arcanas & politicas rationes Imperii Rex Bohemiæ actui electionis non interfuit, dum scil. ex Austriaca familia, quæ Regnum Bohemiæ tenet, Imperatores eliguntur. *Dn. Oldenburg. in Limn. Enucl. l.2. c.7. n.1.* Vid. Relatio Sessionum in ultimo Electionis Imper. actu observatarum apud *Sprenger. Jurispr. publ. l.1. c.29. p.180.* Inde etiam factum, quod in *Capitulationibus* anterioribus VI. tantum, in novissimâ verò invictissimi LEOPOLDI VII. Electorum mentio fiat *art.16.21.29.34.* Illud ipsum vero quod de electione sui ipsius in Electoribus obtinet, locum quoq; habet in Papa, qui suæ etiam electioni eo modo consentire potest, *Panorm. in c. cum in jure 33. X. de elect. & elect. pot.* *Ratio absentiæ Regis Boh. in electione Austriacorum.* *Electio sui ipsius in Pontifice Rom.*

X. Si jura communia Canonica & Civilia intuemur, eorum quoqve dispositioni congruit tenor & constitutio *A.B. in cap. cum in jure X. de elect. & elect. pot. l. plane 4. ff. Quod cujusque univers. nom.* & ita communiter tàm Legistæ quam Canonistæ sentiunt, *Panormitan. in d. c. 33.* & tradunt hoc ita dispositum à Pontifice ad evi- *Dispositio J. Comm.*

tandas discordias, qvibus facilis est occasio in eligentibus *Henr. Zas. in Comm. ad tit. X. de elect. num. 60. Cardinal. Tusch. pract. conclus. 595. num. 3. lit. P. Domin. Arum. ad A.B. disc. 2. th. 22. Reinking. de R. S. & E. lib. 1. class. 3. cap. 5. n. 24. Limn. de J. Publ. lib. 2. cap 3. num. 70.* Ergò jura & rationes, quæ objici adhuc possent contra assertionem electionis sui ipsius sunt intelligendæ de eo casu, quando aliquis sibi ipsi vult authorizare, aut quando potestas eligendi data est uni; *Arum c. l. th. 23.* sed dicitur hic, quando illa facultas competit pluribꝰ, qvi elegerunt unum ex se, tum enim non potest dici, quod electio oriatur ex propriâ personâ, sed talis potius vocatur à DEO & sociis, & sic abest vitium ambitiositatis, ut loqvitur *Paulus de Citadin. de jur. patron. p. 6. art. 31. n. 91.* Sic *Dubrav. d. l.* excusat Sigismundum Imp. qui ut ostenderet, *ait*, non tam honoris se ambitiosum, quàm laboris pro Rep. Christiana subeundi cupidum esse.

Commendatio aliorum activa & passiva.

XI. Expedita pro instituti ratione commendatione sui ipsius, me confero ad commendationem aliorum, ratione commendantium & comendatorum active & passivè eam pro ingenii modulo consideraturus. Primum itaque & principale Subjectum activè se habens erit sanctissimus *Imperator*, eminentissimum illud Imperii Romano-Germanici Caput des Heil. R. Reichs Oberhaupt R. A. zu Augspurg de anno 1566. §. Demnach 8. der sorgfältig wachender Kayser und treuer Vater R. A. zu Regenspurg d. anno 1567. §. so hätten wir 42. Inter Hujus eminentiora jura, ea scilicet quæ *Reservatorum* nomine clarent, Capitisque præ aliis Membris Imperii dignitatem illustriorem magisque conspicuam reddunt, & sunt quasi Sanctorum Sanctum, in quod nemo intromittitur, præterquam

Subjectum activum Imperator.

Reservata Imperatoris remissivè.

solus

olus Imperator. Reinking. *d. R. S. & E. l. 1. cl. 4. cap. 19.*
n. 126. Germanicè, Kayserl. sonderbahre Hochheiten/
Freyheiten/Macht und Vollkommenheit und reser-
vaten, de quibus *vid. Stamler. & Dan.* Kayser *d. Imperat.*
reservat. Dn. Oldenburg. in Limn enucl. l. 1. c. 10. n. 5. p. 90. &
seqq. & ad Instrum. Pac. p. 1. Disc. 10. num. 15. Becker. Synops.
J. publ. l. 1. c. 4. n. 4. & seqq. Reinking. c. l. Inter hæc, inquam,
est *Jus primariarum precum*, Macht Panis-Brieffe zu er-
theilen/Vor- und Præsentation Schrifften umb Läyen
Pfründe. Cujus virtute facultatem habet nominan-
di & promovendi unam personam idoneam ad bene-
ficium Ecclesiasticum ubique in Imperii Ecclesiis, quo-
vis tempore vacans vel vacaturum. Habetq; hæc pre-
caria collatio vim literarum commendatitiarum; lau-
datus *Oldenb. ad Instr. pac. d. l.* dictæque sunt primariæ,
quod hæ intercessiones primò petentibus concedi solitæ
sint, *Id. ad art. 5. §. 5. p. 2. Disc. 11.* Das sind die Vorschriff-
ten ümb Läyen Pfründe/ und præsentation-Schriff-
ten eines Kaysers auf ein Gottes-Hauß ümb eine
Pfründe zur Küchen und Keller einem alten Diener.
Als wann ein Kayserlicher alter Trabant/ Hetschier
oder ein alter wolverdienter Diener vom Kayser ei-
ne solche Vorschrifft ümb Layen Pfründe oder ein Pa-
nis-Brieff an eines Stiffs-Abt/ Probst/ Dechant
Kloster oder Stifft/ so von denselben zu Lehen ge-
hen/ausbringt und ausgebeten hat/ in vornehmung
und Hoffnung in denselben Klöstern oder Stifften zu
ihrer Enthaltung Pfründe oder Leibgeding damit
zu erhalten. *Wehner. in Observat. pract. verb. Panis-*
Brieffe. Formulam vide sis apud Dn. Fritsch.
imper. prim. prec. jur. c. 2. p. 41. & sequ. Hujus tamen
iris Clericos pudere deberet, qui cum pleraque sua

Jus primariarum precum.

veterum liberalitati Imperatorum in acceptis referant, non nisi unius beneficii collationem in singulis collegiis Imperatori reliquerint, & quidem per modum precum valituram; judice *Monzambano de Statu Imp. German. c.5. §. 27.*

Unde Imperator hoc jus habeat? XII. Quo autem jure, & unde Imperatori Romano hæc potestas ab antiquo competat, in proclivi non est, ob discrepantes Doctorum opiniones. *Quidam primarias preces Imperatori nostro ex mero indultu & Privilegio Pontificis Romani competere volunt*, quorum quasi antesignanus videtur *Speculator lib. 4. part. 3. de præbend. & dignit. §. restat. n.* 7. qui privilegium bullatum se vidisse ibidem testatur. Speculatorem, tanquam testem αὐτοπτὴν, omni exceptione majorem seqvitur *Joh. Andreæ in addit. ad Specul.* Huic opinioni adstipulatur Wilhelm. Becker. *Synops. Jur. publ. lib. 1. cap. 4. §. 5. pag. 58.* & multi alii, qui videri possunt apud Fritsch. *dict. tract. c. 2. num. 3.* Sic Paulus V. P. R. anno 1622. Ferdinando II. Imp. indultum primariarum precum transmisit. Et Innocentius X. in declaratione articulorum pacis Monasteriensis, quæ anno 1657. Romæ impressa fuit, hanc potestatem sibi adscribit. Sed si ex verò rem æstimare volumus, ex proprio jure & primordiali superioritatis præeminentia Imperator hoc jus sibi vendicat, & hæ preces tenues sunt reliquiæ Juris Cæsarei circa collationem Episcopatuum, Abbatiarum aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum, *Conring. ad Bullam Innocentii X. p. 191.* Alii primarias preces ex eo sibi Imperatores vindicasse putant, quod antiqui Impp. semper fuerint primi ac supremi Ecclesiarum Cathedralium Canonici, *Sprenger. in Jur. publ. pag. 35.* & ante eum *Matenesius lib. 3. de coronat. Ferdinand. II.* quem refert Dn.

Limn.

Limn. de J.P. lib.2.c.9.n.4. & ad *A.B.c.5.§.1.obs 11. Reinking. l.3. Cl.1.c.9 num.50. Job. Jac. Speidel. notabil. voc.* Kayser cujus verba videri possunt apud *Fritsch. cit. loc. n.7* Jure itaq; summi Imperii competit Impp. in iis provinciis, in qvibus jus religionis habent, Dn. Ziegler. ad Lancelot. *l.1. tit. 26. §. 4. in fin.*

XIII. Sunt qui ratione universalis Protectionis Ecclesiarum & juris patronatus Imperatori hoc jus adscribunt. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 2. num.34. & seqq.* Constat enim ex Capitulationibus Cæsareis & multis Imperii Constitutionibus, Imperatorem esse ac dici, der gantzen Christenheit Schutz und Schirm-Herr *R. Imp. de anno 1518. §* Erstlich. Item Advocatus, Capitul. *Ferd. III. art. ibi:* die Christliche Kirche / als derselben Advocat in gutem treulichen Schirm halten *Rec. Imp. de anno 1541. §.* aber Churfürsten: ibi: und uns als Advocaten und Beschirmer der Christlichen Kirchen *vid. Capitul. invictissimi Triumphatoris Leopoldi art. 1. Adam Keller. de offic. Juridico-polit. lib. 2. cap. 13.* ubi dicit: Quemadmodum Reges Galliæ & Angliæ vacantibus Ecclesiasticis beneficiis fructus percipiunt, & ea conferendi facultatem habent, vacirende oder spacirende Pfründe: Sic existimo Imperatori in Germania ratione universalis protectionis Ecclesiarum Jus competere emeritum aliquem Palatinum & veterem Curialem Cœnobiis alendum destinandi, eine provision in ein Gottes-Hauß zu verordnen. *Wehner. d. l.* *Ejus origo ex jure patronatus.*

XIV. Hoc ipsum vero jus in latitudine suâ æstimandum venit ex ejusdem quasi possessione seu usu & exercitio, adeo ut etiam Augustanæ Confessionis Episcopatus & capitula afficiat; uti videre licet ex dispositione *Instrum. Pac. Monasterio-Osnabr. art. 5. §. 5.* cujus hæc sunt verba: *ubi Sacra Cæsarea Majestas Jus primariarum* *Exercitiū bujus juris.*

precum exercuit, exerceat etiam in posterum, dummodo decedente Aug. C. addicto in ejus Religionis Episcopatibus Conf. Aug. addictus ad normam Statutorum & observantiæ idoneus precibus fruatur. In mixtis verò ex utraque Religione seu Episcopatibus, seu aliis locis immediatis precibus primariis præsentatus non gaudeat, nisi beneficium vacans Religionis consors possederit. De controversia circa hoc jus in terris A. C. ante pacis compositionem vid. *Burgoldens. ad d. art. p. 2. disc. 11. num. 4. p. 98. 99. Fritsch. d. Tr. c. 4. per tot.*

Vicarii Imperii hoc jus etiam exercent. XV. Imperio vacante Vicariis Imperii jus hoc assignat *A. B. tit. 5.* ibi: *ad beneficia Ecclesiastica præsentandi:* ex versione Germanicâ; Gottes Gaben zu verleihen / vel ex versione antiqviori, Geistl. Gaben. Fritsch. *cit. l. c. 3. n. 5.* hocque exercent vi juris patronatus, quod dum Imperator vivit, habet nomine & virtute Imperii, eoque moriente revertitur ad Imperium, hujusque nomine idem tempore interregni Vicarii exercere possunt, Limn. *ad A. B. d. l. observ. 11.* Schütz. *in Nucleo Discursuum J. P. Hampeliano de Vicariis Imper. th. 11. a.*

Effectus primariarum precum. XVI. Effectus verò primariarum precum in eo consistit, quod legitimo tempore præsentatus ab Imperatore vel Vicariis Imperii idoneus ab Episcopo vel Capitulo recipiendus sit. Concessio namque primariarum precum cum subsecuta nominatione facultatem adimit Collatori & affectam reddit præbendam *Stephan. Gratian. tom. 3. disceptat. forens. c. 478.* Idem operatur Rescriptum Pontificis, aliàs Literæ expectativæ sive Gratiæ, quibus ad Ecclesiarum Ordinarium scribit, se de novo vocasse e. g. hunc Canonicum extra numerum ad habendam primo postea vacaturam præbendam

dam, hujus enim rescripti sive literarum effectus in eo consistit, quod beneficiandus factus turnarius conseqvatur jus in re sive possessionem vel quasi Canoniæ, non verò præbendæ; quam tamen cum vacaverit, petere potest, vel vi rescripti Pontificis vel receptionis, *c. constitutus 19 d. rescript. c. si postquam. 13. d. præbend. in 6. Hahn. de jure rer. conclus. 82. n. 3. 4.*

XVII. Simile Jus sibi vendicant Potentissimi Electores Brandenb. in primo introitu administrationis in Ecclesiis Cathedralibus vel collegiatis; Et vulgo appellant *preces Electorales:* donareq; consveverunt jus illud intimo cuidam suo Ministro vel officiali, hocque observatum est in introitu Serenissimi Electoris Joh. Sigismundi p. m. *Scheplitz ad Consvetud. Brandenb. p. 1. tit. 1. §. 23. n. 5.* In terris Jül. Cliviæ &c. quid *Augusto nostræ Viadrinæ Nutritio* competat, videre licet ex Recessu speciali inter Potentissimum Electorem Br. & Serenissimũ Principem Neo-burg. 9 Nov. Anno 1666. super puncto Religionis publicato: §. 17. Was aber die Collation und vergebung der Prælaturen / Canonicaten / Præbenden/Vicarien und andere geistliche Beneficien belanget / welche im mehr gemeldten Hertzogthümbern Gülich/Cleve/Berg auch Graffschafften Marck und Ravensberg / zu des Landes Fürsten Collation gehörig / solle es damit nachfolgender Gestalt unverenderlich gehalten werden; daß auf denjenigen Stifftern / da alle Collationes dem Fürsten völlig gebühren / Ihrer Churfürstl. Durchl. und dero Descendenten die ienige Beneficia, so in dem Januario, Martio, Majo, Jul., Septembri & Novembri verfallen / oder ad manus Principum resigniret werden. &c. zu vergeben zu stehen. Aber auff denienigen Stifftern / da die vori-

Jus Electorum Brand. hoc in casu.

vorige Fürsten nur Sechs Monat hergebracht/iedem Chur- und Fürsten und dessen Descendenten drey Monat reserviret werden/dergestalt daß Ihre Churfürstl. Durchl. zu Brandenburg an denselben Oertern in Januario, Majo und Septembri &c. die Collation ohne Beschwer oder Verminderung / wie oben gemeldet/gebühren solle.

Commendatio Electoris in actu electionis Imper.

XVIII. Ad Electores dum deveni, memini licitum esse iisdem justo impedimento detentis per Nuncios procuratores, cujuscunque dignitatis vel Status, ad Electionis actum comparere, *A. B. t. 28. §. 6.* quæritur itaq; *numne Elector Nuncio suo certam personam ad eligendum commendare possit?* Mandatum procuratori dari posse ad certam personam eligendam, Jure Can. decisum est in *c. 46. §. porro de elect. & elect. potest. in 6.* Et sic etiam Woldemarus El. Brandenb. de Friderico Austriaco, nomine suo eligendo, Legatum suum Nicolaum Bock vel Bueck instruxerat; cumq; is Ludovicum Bavarum contra Mandatum elegisset, & membranam abraserat, expunctoq; nomine Friderici, Ludovici substituisset, eundem fame in carcere enecavit, postquam omni alio alimento denegato pomum quod attingere non poterat, in conspectum ejus appendi curasset, *Becker. Synt. J.P. l. 2. c. 3. §. 4. Limn. ad Aur. Bull. tit. 19. observ. ult. Andr. Angel. Annal. March. Brandenb. l. 2. p. 125. & seqv.* Sed non attentâ Juris Canon. autoritate, similem specialem Commendationem in Mandato exprimi posse, negatur ob dispositionem *A. B. tit. 19.* in illo enim forma Mandati præscripta est & expressè vult Imperator Carolus IV. ut sufficiens habeat Mandatum Legatus, ad tractandum ubilibet, unà cum aliis Conprincipibus & Coëlectoribus tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, & cum ipsis

con-

concordandum, conveniendum & concludendum de persona qvacunque habili,& idonea in RegemRom.eligenda &c.Non itaq; admittet Elector Moguntinus,cui tanquam Electoralis Collegii Decano mandatum exhibendum est,pro Legitimatione Legati tale, in quo eligendi potestas ad certam personam restricta est, sic enim cum reliqvis Coelectoribus concordandi, conveniendi & concludendi de persona quacunque habili arbitrium non habebit; adeoque exceptio mandati illegitimi Legato obstabit. Licebit tamen nihilominus Electori Legato suo vel verbis vel scripto mandare, ut ubi ad electionis actum deventum fuerit, sibi commendatum habeat,& proponat, Titium eligendum esse præ omnibus, quod sit magis habilis, simulque eidem injungere, ne in Sempronium inhabilem consentiat. Nam idem liceret Electori præsenti, nec ob voti libertatem invitus cogi posset ad eligendum Sempronium. Limn. *ad A.B. d.t. observ.ult.* Generos. Dn. Godofredus de Jena *de Election. Imperat. Disput 2. th. 9. B.*

XIX. Ad Principum,omniumque, quibus in Republ. τὸ κύριον competit,commendationem activam pertinet etiam Legatorum commendatio, quæ interdum exprimi solet in literis fiducialibus,quæ vulgo à credendo dicuntur Credentiæ vel Credentiales, purioris Latinitatis Studiosis Assertoriæ, Germ. Credentz-Brieffe / Creditiv-Schreiben. *Voss. de vit. Sermon. l.3. cap.7.* *Nicol. de Passeribus à Janua de Script. privat. l.3. qu.5.* quæ exhibendæ sunt à Legato,utpote ejus personalem habilem reddunt & ad legitimationem ejusdem pertinent *Dietherr. in addit. ad Besoldi Thesaur. pract. voc.* Credentz-Brieff. *conf.* hic locorum habita Disputatio sub præsidio Excell. Dn. D. Strykii *de Credentia Revelatione cap. 1. n.10.*

Literæ Credentiales pertinent ad Commendationem personarum

n. 10. & seqq. Non autem in omnibus Credentialibus personæ missæ commendatio habetur; sed interdum tantum ex arbitrio & favore mittentis in gratiam missi exprimi solet. Harum enim Literarum non una est formula aut distinctio; aliis admitti & audiri Legatum suum Princeps cupit; aliis eum etiam laudat & commendat: aliis omnium, quæ agentur, in se fidem periculumque suscipit: aliis alia inerit formula sensu ac sermone distincta. Discrimen verò inter fidei literas & mandatum seu decretum est. Hoc enim potestatem jure contrahendi continet, ac mittentem obligat: illæ, quia fidem duntaxat Legati concernunt, minus ipsum juri obnoxium reddunt. Commendationem quis obligationem dixerit? Sed fidei tessera quædam commendatio est, ut sciat à Principe venire Legatum Princeps, & dignum esse fide, qui sic venit. Itaque traduntur hæ literæ, non solùm, ut credatur ei, qui mittitur, sed præterea ut obligetur, qui mittit, imo qui admittit. Sane qui mittit, fidem suam obstringit, ratum apud se fore, quidquid Legatus egerit. Qui admittit, data fide pariter cogitur jus Legationum semper salvum præstare, in colloqvium atque tractationem negotiorum eum admittere, qui cum fide venit; uti harum literarum naturam exprimit *Fridericus de Marselaer in suo Legato l. 2. Dissertat. 6. pr.*

Credentialium diversa ratio

XX. Speciali hac commendatione Rex Galliarum Ludovicus XIV. *Gravellum*, ad Comitia Imperii adhuc durantia missum Legatum, dignatus est & à rerum Germanicarum experientia, solertia & circa jussiones regias fide jam ex multis rerum argumentis acceptâ commendavit. Videantur Literæ credentiales in *Diar. Europ. p. 10. p. 128.* qvarum verba ad scopum facientia ex versione

Exemplum hujus commendationis.

ne Latinâ hæc ſunt: *ad hanc functionem ei injungendam non tantum nos permovit cognitio & praxis, quam de Germaniæ rebus ſibi adquiſivit; verum multo magis id ſtudium, quod juxta mandata noſtra ad ejusdem utilitatem & quietem promovendam ubiqve palam fecit.* Sed qua fide hanc commendationem Ratisbonæ expleverit ad Imperii commodum, docuit ejusdem remotio, & tragicorum eventuum in devaſtatione Germaniæ exemplum; ſatisque comprobat, quam diverſa ab hiſce credentialibus ſpecialis fuerit inſtructio, quæ Legatis norma rerum gerendarum eſſe ſolet; axisque videtur, circa quam actionum Legati ſphæra volvatur: idem quod pixis nautica Navarcho. *Marſelaer. c.l. Diſſ. 3.*

XXI. In Recredentialibus, uti vocantur, eadem commendatio obtinere ſolet; fitque ab eo, ad quem miſſio facta, & continent hæ literæ commendationem tam eorum, ad qvos miſſi fuerunt Legati, quam horum propriam; quod ſc. prudenter pro Rep. mittente ſe geſſerint, fideiq; laudatæ partes ubiq; expleverint. Utrumque obſervare licet in literis Recredentialibus, quas Belgii Fœderati Status Legatis Moſcoviticis anno 1663. ad Magnum Moſcoviæ Ducem transferendas dederunt. Verba Literarum ex *Diarii Europ. allegata part. 10. p. 322.* inter alia, præmiſſâ reciprocæ amicitiæ conteſtatione, ita ſonant: E. Zaariſche Maieſt. wolle dieſer unſer Erklärung veſten Glauben zuſtellen / nicht zweiffelnd / es werden ermeldte Herrn Abgeſandter und Cantzler E. Zaar. Maieſt. die Wahrheit vorbringen / daß wir Ihnen in Anſehung E. Zaar. Maieſt. eine ſchleunige und günſtige audienz verliehen / und allen guten Willen und tractament, wie auch / ſo bald es nur möglich ſeyn wollen / ihre Abfertigung wiederfahren

Recredentiales.

und diese unsere Antwort einhändigen lassen. Et paulo post circa finem: Und weil erwehnte Herrn Abgesandter und Cantzler sich so lange sie hier gewesen/ weißlich/vorsichtig und klüglich verhalten/ so haben wir sie nicht wollen wieder zurück ziehen lassen ohne dieses Zeugnüß/daß wir sie gern gesehen und sie beydes von wegen E. Z. M. und denn auch umb ihrer löblichen Qualitäten willen die wir an ihnen verspürt/ uns zum höchsten angenehm gewesen &c.

An impediat electionē officialium commendatio Princip.

XXII. Progredior nunc ad Officia publica tam Ecclesiastica, quam secularia, quæ sunt in arbitrio & dispositione Magistratuum inferiorum, & circa hæc quæritur; *Si Princeps quempiam commendet, an impediat hæc commendatio electionis libertatem & arbitrium?* Si commendationis hujus vim ex vulgato illo æstimare liceret, ex quo Principum preces mandata dicuntur, quæstio utique affirmanda foret; votorum enim libertatem maximè impedire videtur Superioris rogatio, utpote quæ ob metum præsentem liberæ voluntati resistit, & dum inferior Principis gratiam captat, eligit eum, quem alias precibus hisce remotis, non elegisset, sicque magis preces Principis, quam personæ eligendæ qvalitatem & officii gravitatem respicit. Sed non obstantibus hisce, contrarium verius est, nec Principis commendatio libertatem voluntatis tollit; non enim Principis boni hæc est intentio, sed potius justissima, legibus maximè conformis, voluntas ejusdem præsumitur, & in terminis nudæ nominationis, daß er mit auf die Wahl gesetzt werde / similes commendationes consistere solent. Si itaque inferior sub- & obreptionem commendati observet, quodque officio indignus sit, Princeps non improbabit electionem alterius, sed potius

potius laudabit eligentem, quod tam justè voluntatem Principis interpretatus & executus fuerit. Si enim aliàs judici liberum est, imò sub pœna injunctum *l. 3. C. Si contra jus vel util. publ.* examinare preces supplicantium, mendaciorumq; præscriptione opposita sive in juris narratione mendacium reperiatur s. in facti s. in tacendi fraude: pro tenore veritatis non deprecantis affirmatione cognoscere debet, *l. 2. C. eod.* semperque publicam ûtilitatem, ex quâ Principis voluntas dimetienda est, rescriptis, pragmaticis sanctionibus, sacris adnotationibus præferre, *l. ult. C. d. tit.* Magnif. Ordinar. & Consiliar. Dn. Rhetius *in Disputat. de Non-Gratificando cap. 3. th. 1.* Multo magis in similibus eligentes, qui judicare debent de commendati habilitate & Officii qualitate, juris communis dispositionem observabunt. Si vero metu injusto abrepti sine judicio indignum eligant, vitium est eligentis, non Principis commendantis. Non quidem peccat inferior, si personæ à Principe commendatæ legitimam habeat Gratificationem, eandemque ceteris paribus, excluso etiam æque digno, eligat; gratificationi enim datur locus, ubi plures idonei competitores reperiuntur *C. cum autem 24. X. de jur. patron. Christian. Ising. de promotion. honor. c. 4. n. 34.* sed si unicè ad Principis commendationem se componat, & ad hujus beneplacitum eligat, conscientiæ suæ malè consulit. Si tamen Princeps non tam commendaret, quàm mandaret, & pro nominato eligendo enixissima esset voluntas; das ist unsers Willens ernste Meynung / inferior obseqvii gloriam captare debet. Disputare enim de principali judicio & divinis obviare beneficiis non oportet: sacrilegii enim instar est, dubitare, an is dignus sit, quem elegerit Impera-

Gratificatio pro cōmendato licita.

perator. *l. 5. C. de diverſ. reſcr. l. 3. C. de crimine ſacrileg.* Non enim ſubditorum eſt, Principum examinare & cenſere facta; ſed ſolius DEI in hæc eſt arbitrium Pſ. 51, 6.

Subditus in legem peccat, Regemq; Deumq;
Rex peccat ſoli, Rex quia nempe, DEO. *Owen.*

Peccatum Principis in electione inhabilis. Sic autem Princeps, non inferior eligit, qvi illius ſeqvitur mandatum *Menoch. arb. jud. qu. l. 2. cent. 2. caſ. 199. n. 8.* Peccat tamen Princeps plane inhabilem, doctum pro indocto eligendo. Literæ enim, doctrina & eruditio imperium Principis omnino reſpuunt; neque per iſtud corrigi, emendari, ſuppleri aut comparari ullo modo poſſunt; & ſic à Principe promotus inhabilis habilis non fit, quod aliàs JCtorum diverbium vult, nec Princeps hæc diſpenſare poteſt. Ziegler. *de Offic. Judic. concluſ. 3. per tot.* Fritſch. *de peccat. Princip. concl. 10.* Quem poteſtatis defectum optime intellexit Imperator glorioſiſſimꝰ Sigismundus. Cum enim Baſileæ de rebus arduis conſultaret; & *Georgius Fiſcellus* Doctor, quem equeſtris ordinis honoribus auxerat, hæreret dubius, Doctoribus legum an verò Eqvitibus ſe conjungeret, tandem verò ad Eqvitum claſſem inclinaret: *Stultè agis*, inquit Sigismundus, *qui literis militiam præfers: nam ego milities mille una die fecerim; Doctorem mille annis unum non fecerim.* Lanſius *in conſultat. contra Italiam p. m. 546.* *Dieiherr. in addit. Beſold. ad Theſ. pract. voc. Doctor.*

De Conſcientia ex mandato admiſſi. XXIII. Sed quid ſtatuendum de admiſſo; *An ille, qui ita commendatus ad officium admittitur, bonâ conſcientiâ fungi officio posſit?* Si præſupponimus, integra & illibata in territorio Principis exiſtere judicia, utiq; peccat ille, ſi ſcil. præſupponimus, Principem ſuæ poteſtati derogaſſe, & ſubditis ſuis facultatem vel eligendi aliquem

liquem vel denominandi concesſiſſe, nec voluiſſe ali-
er eum conſtituere. Hic modus cum ordinarius ſit,
& longo tempore hactenus obſervatus, peccat, inqvam,
lle, qui Principi autor eſt, ut formam uſitatam & Rei-
ubl. proficuam immutet, & modo extraordinario ci-
ibus atque collegis exoſo, Reip. autem plerumq; per-
iicioſo utatur. Etſi enim in Principem hactenus pec-
âſſe dici neqveat, (niſi fortè concurrant alia, qvibus
'rincipem circumvenit,) cum ſibi Princeps ipſe impu-
are debeat, ſi male res ceſſerit; peccaſſe tamen rectè
licetur, tum in collegas, qvibus adjungendus eſt, &
ıvibus proinde jus ex Principis concesſione acquiſi-
um intervertit, tum in totam Remp. quæ periculo ex-
onitur, quod ex collegio non ſatis benè conſtituto ex-
ritur: Ziegl. *de off. jud. concl. 2. §. 2.* nec excuſandus erit
lle, qvi impetratum per reſcriptum Principis abutitur
uctoritate, & invitis ſe obtrudit. Expectanda eſt à DEO
ocatio, nec præcipitanda vitæ ratio. *Noli quærere*, in-
quit Syracides *c. 7. verſ. 4. ab homine ducatum neq; à Rege
athedram honoris*, ſive ut explicat Lucas Oſiander, *ne
ntegras te coram DEO in magnas functiones, neq; hoc agas,
t primum locum apud Regem obtineas.* Lutherus: Drin-
e dich nicht in Aempter für GOtt/ und ringe nicht
iach Gewalt beym Könige. Laß dichs nicht düncken
ür GOtt/ du seyest tüchtig genug dazu/ und laß dich
icht düncken beym Könige / du seyest weise gnug
azu. Laß dich nicht verlangen Richter zu seyn/
enn durch dein Vermögen wirst du nicht alles zu
echt bringen/ du möchtest dich entsetzen für einem
Gewaltigen und das Recht mit Schanden fallen las-
en. Hoc ſcil. evenit illis, qui nulla legitima vocatio-
e, ſed extorta quaſi Principis abſolutâ & extraordina-

ria

ria poteftate munia capeffunt, ut cum in meram Principis gratiam tota eorum functio refolvenda fit, non aufint caufas ejus iniqvitatis & injuftitiæ arguere, fed hoc plerumque agant, ut ad nutum & voluntatem Principis omnes fuas & aliorum actiones componant, *Ziegl. de off. jud. concl. 2. n. 4.* Quomodo E. bona confcientia fungi officio poffunt, qvi non fecundum confcientiam, fed fecundum auram Principis agunt?

De Principis vel Superioris inclinationis exploratione.

XXIV. Occafione antecedentium ulterius quæritur, *an antecedens exploratio inclinationis apud Principem, toparcham, fatrapam &c. æque vel magis ac populi in electione Paftoris inftituenda fit?* Refpondet celeberrimus Gisbert. Voetius *Politic. Ecclefiaft. p. 2. lib. 3. tract. 1. cap. 3. p. 546.* diftingvendo inter explorationem tectam, feu occultam & apertam vel manifeftam. Aliqvo in cafu propter humanam infirmitatem & ad minantia aut ἐνπαξίςατα incommoda prævenienda aut avertenda, non videtur inconfultum, ut tectè & tacitè per tertiam aut qvartam perfonam (ut ita loqvar) hoc exploretur. Sed ut apertè five æquè five magis ac populi inclinatio, nec neceffe eft, nec tutum, nec utile, nec commodum. Hoc enim modo electio & defignatio ipfis tribueretur; fola approbatione feu acceptatione Ecclefiis relicta: reipfa enim nulla tunc foret electio: fiqvidem autoritatis fuæ intereffe putarent, fi Ecclefia aut Synedrium electionem feu defignationem feu poftulationem fuam non approbaret, & electum, aut defignatum, aut poftulatum, aut commendatum, aut præfentatum non acceptaret. *Id. cit. l. p. 547.*

Clericorum literæ commendaritiæ

XXV. Sacrum dum attigimus ordinem Clericorum, circa eosdem in fpecie notandum venit, qvod *commendatitiæ literæ* in difceffu & locorum mutatione olim

lim fuerint necesſitatis, & adhuc ſint, ſi alibi recipi volunt. Mores primitivæ Eccleſiæ diſcere licet ex *can. Apoſtol. 32.* qui ita ſe habet: *Nemo peregrinorum Epiſcoporum aut Presbyterorum ſine commendatitiis ſuſcipitor literis, & ſi eas obtulerint, attentius in disquiſitionem vocantor. Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiuntor, ſin minus, ubi neceſſaria ipſis ſuppeditaveritis, ad communionem & ulteriorem ipſos conſvetudinem non admittote: multa enim per obreptionem fiunt.* Et ſi receptus fuiſſet ſine harum literarum adminiculo, communione excludebatur tam receptus, quàm recipiens. De quâ pœnâ hæc ſunt verba canonis 12. *Si quis Clericus aut Laicus à Communione ſegregatus ſeu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus civitatem ſine commendatitiis literis receptus fuerit, à communione excluditor, tam qui recepit, quàm qui receptus eſt. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.* Canonum horum licet apud nos nulla ſit autoritas, præſertim poſtquam depravati illi & corrupti fuerunt, & exigua inter ipſos Pontificios. Ziegler. *de Origin. & increment. jur. can. num. 11. & 12.* nobis tamen in uſu harum literarum failaces non videntur, cum literæ hæ commendatitiæ, aliàs dimiſſoriæ dictæ, hodiè adhuc obſerventur, maximè inter Pontificios, quando clerici ordines & monaſteria mutant, ſuntque illæ literæ, qvibus clericus dimittitur & abſolvitur à poteſtate ſui Epiſcopi, in qvibus perhibetur de vitâ & ordinibus illius teſtimonium. *Calvin. in Lexic. Jur. verb. Commendatitiæ.* Et olim etiam mittebant Epiſcopi ad alios, quos ordinatione dignos habebant, ac pro iis apud eum Epiſcopum, penes quos jus eſſet ordinandi, precabantur. Mengering. *Scrutin.*

Commendatio Clericorum advenientium & diſcedentiũ.

Canonum Apoſtolorũ autoritas.

Literæ dimiſſoriæ quales.

 con-

conscient. catechet. c.19. qu. 2. in fin. Illarum verò literarum dimissoriarum, sive ut Pontifex Innocentius III. eas appellat, recommendatitiarum sedes est *in tit. Decretal. de Cleric. peregrinis*, earundemque exemplar descriptum habemus *in dist. 73.* Et sine hisce Clerico peregrino jurejurando asserenti se à suo Episcopo aliquos Ordines accepisse & desiderare ad superiores promoveri, non creditur *c. 2. X. d. t.* nemo enim pro se testari potest *caus. 14. qu. 2. in pr.* imò, quia veritas rei nonnunquam obscuratur per hanc mutationem, si est transmarina, decretum est, nisi quinqve vel eò amplius suorum Episcoporum fuerint commendati, chirographis, non ordinentur *c. 1. de Cleric. peregr. dist. 98, in pr. & c. 1, & 2,* Erasm. Ungepauer *ad d. t. n. 6.* Ratio autem harum literarum est imprimis, quod Episcopus non debet immittere falcem in messem alienam, quia inde nasci solent discordiæ *c. illud 1. dist. 71.* deinde quia Ecclesia suspectos habet Clericos peregrinos: solent enim esse criminosi, infames, excommunicati, fugitivi aut in exilium missi vel aliàs similibus obnoxii, affirmantes mentientesque se ordinatos esse à suis Episcopis *can. Afros & sequ. dist. 98. c. 1. de temp. ord. in 6.* Andreas Vallensis *ad d. tit. n. 4.*

Formula harum literarum remissivè.

Juramento Clerici sine literis non creditur.

Tria harũ literarum genera.

XXVI. Similium verò literarum tria genera constituunt, primum supra jam descriptum: secundum est, qvod datur Clerico, ut ab alieno Episcopo possit institui, seu ordinari: & hoc Episcopus, & capitulum sede vacante concedit, & qvilibet, ad quem spectat spiritualium administratio in Ecclesia Cathedrali. Nec has literas dare potest, Archidiacon. nec Vicarius Episcopi, nisi aliud habeat in mandatis. Tertium, qvod datur Clerico, qui pietatis ergò peregrinatur, & hoc

ab Episcopis regulariter solet concedi; sed hæc satis, cum extra materiam videantur esse. Videndi Canonistæ *in cap. fraternitati de cleric.* quæ synodus Tridentina decreverit *Sess. 14. can. 2. & seqq.* Vid. Nicol. de Passerib. *à Janua dict. loc. lib. 3. Qu. 5. de liter. commendat. n. 12. & seq. p. 259.*

XXVII. In Ecclesiis etiam Protestantium usum harum literarum observare licet, & in specie in Ordinationibus Ecclesiasticis mentio earundem fieri solet: Sic in Elector. Saxoniâ sub tit. von Examine aller Kirchen-Diener &c. quæ habetur *in Corpore Juris Saxon. pag. 260.* Zum vierdten / sollen sie auch nicht weniger / fleißige Kundschafft seines Lebens und Wandels haben / wie er sich / da er zuvor im Dienst gehalten / welches nicht allewege aus den blossen Testimoniis zu nehmen / weil offtmahls auch den Unwürdigen gute Zeugnüß gegeben werden / damit man ihrer mit Fug loß werden möge. Und weil an solchem besonders viel / in Annehmung der Kirchen-Diener / gelegen / soll keiner ad Examen zugelassen werden / er habe denn zuvor öffentliche glaubwürdige Testimonia und Kundschafften seines Herkommens und Lebens / entweder von seinen Præceptoribus oder von der Obrigkeit / darunter er gewohnet / oder von seinen Collegiis, bey welchen er im Kirchen-Ambt gedienet / fürgebracht und dargelegt. Idemque constitutum est in *March. Brandenb. Visitat. & Consistor. Constitut. tit. 6.* §. Und soll derjenige / so beruffen wird / dem gemeinen Superintendenten / præsentiret werden / und dieselbige præsentation, neben glaubwürdigen Zeugnüß und Testimonien der Universität / oder sonst

Usus harum literarum apud Protestantes.

der Oerter/da er zuvor gewesen/seines Standes/vorigen Wandels/Wesens oder Abzugs zu zeigen und auffzulegen schuldig seyn. *Conf. Argentinensis ap. Fritschium de J. Eccles. p. 3.*

Commendatio subditorum ad Superiores.

XXIIX. Claudat denique publicam commendationem illa usu freqventissima, quæ à subditis observari solet in Principum vel Superiorum adventu, fiuntque cum laude advenientium, & verbis in gratulationem conceptis, submissa gratiæ captatione, hocq; nomine celebris est *l. 7. pr. ff. de Off. Proconsul. Si in aliam*, ait Ulpianus; *quam celebrem civitatem, vel provinciæ caput advenerit: pati debet commendari sibi civitatem, laudesq; suas non gravatè audire: cum honori suo provinciales id vindicent, & ferias secundum mores & consvetudinem, quæ retro obtinuit. dare. confer. Gothofred. ad d. l.* Et post Imperatoriæ electionis actum diebus seqventibus ipsi Electores separatim recens electo, præmissâ gratulatione, seque suosque commendant, cui & civitas Francofurtana claves offert, & à quâ per duos Deputatos singulis diebus post meridiem interveniente Camerarii ministerio notam militiæ, vulgò das Wort/ accipit, *Sprenger. Instit. Jur. publ. l. 1. c. 29. p. 180.*

Commendatio Electorum ad Imperatorem.

XXIX. Satis jam actum est de personarum publicarum commendationibus, nunc ad privatarum classes me confero, & memor Justinianeæ methodi vestigia Imp. pro ratione materiæ legam. Præmisit verò jus personarum tractans servorum conditionem, Jure suo æstimans homines ex libertatis vel servitutis statu. Hæc ipsa divisio personarum licet apud nos cesset, nec servi inter Christianos inveniatur, nisi quod Turcæ aliique barbarici populi capti pro servis censeantur, eò quod istæ etiam nationes Christianos captivos pro servis habeant, R. A. zu Speyer de anno 1542. §. Und wie=

Servitutis ratio inter Christianos

wiewohl nun: ibi: Vichische Dienstbarkeit: non tamen propterea planè inutilis est hujus materiæ tractatio, tum, ne nihil antiqvitatis penitus ignoretur §. 1. *Inst. de testam. ord.* tùm, qvod argumenta ad proprios homines, quos hodiè ferè ad sortem servorum redactos videmus, Frideric. Husan. *de homin. propr. c. 1. num. 2. & c. 9. n. initia lib.* inde ducantur. Quod enim jus antiqvum circa operas libertorum statuit, quomodo & qualiter eas præstare teneantur patronis suis, hoc ferè obtinere hodiè in nostris rusticis constans Dd. est sententia. Scheplitz *ad Consvetudin. March. p. 4. tit. 7. num. 14.* eatenus, quatenus foro nostro moribusque conveniunt. Zasius *lib. 1. singul. respons. cap. 3. n. 75.* Oldendorp. *class. 3. act. 9.* Husan. *cit. loc. cap. 2. num. 37.* Sichard. *ad rubr. Cod. de oper. libert. n. 2. & sequ.* & ad eosdem, quæ de operis libertorum latæ sunt, leges referendas tradit Ferrar. Montan. *de feud. lib. 6. c. 3.* quas ignorare incivile existimat Ulder. Zasius *d. l. n. 86. & sequ.* propter elegantiam textuum, tum propter rationes morales, quæ ex iis colliguntur, siquidem ad obseqvia & ad ea, quæ venerationis sunt, semper tenentur, ex jure enim & ratione naturali radicantur, tolli ergò non possunt, nec debent §. 11. *de J. N. G. & C. l. 26. §. 12. ff. de condict. indebit.* Joh. Buchar. Erhart. *de oper. rustic. proœm. lit. B.* Ne itaque querelam JCtorum Phosphori, Jacobi Cujacii, quam contra antiqui juris & in specie contra servitutis jurium contemptores annotavit, eamque refert laudatus Erhardt *d. l. conclus. 1. lit. A.* contra me audiam, pauca de servorum commendationibus subjiciam.

Utilitas hujus materiæ de servitute.

XXX. Frequentissima verò hoc in genere erat commēdatio in servorum venditione, eosdem noxa esse solutos, non fugitivos vel errones esse *l. 1. §. 1. l. 17. pr. & §.*

14. de adilit edict. Ut E. phrasin hanc, *servum noxa esse solutum*, eò melius intelligamus, placuit hic addere verba *Ulpiani*, quæ habentur in *l. 17. §. 17. ff. de adil. edict.* "& sunt hæc: Quod ajunt Ædiles, Noxa solutus non sit, "sic intelligendum est, ut non hoc pronunciari debeat, "nullam eum noxam commisisse; sed illud, noxa solu-"tum esse, h.e. noxali judicio subjectum non esse. Er-"gò si noxam commisit, nec permanet, noxa solutus "videtur. Necessariò itaque venditores prædicere debebant, an sit talis servus, qvi omninò manumitti non possit, vel si sub pœna vinculorum distractus sit à domino &c. & hoc ob summam æqvitatem *d. l. 17. §. 17.* ne decipiantur emtores à venditoribus, quæ etiam causa hujus edicti proponendi fuit, ut occurratur fallaciis vendentium, & emptoribus succurratur *l. 1. §. 2. d. tit.* Si quis itaque affirmaverit, aliquid adesse servo, nec adsit, vel abesse & adsit, utputa si dixerit, furem non esse & fur sit; si dixerit artificem esse, & non sit: hi enim quia quod adseveraverunt, non præstant, adversus dictum promissumve facere videntur. Hinc si servum quis licitanti laudaverit, hâc vel illâ arte præditum, præstare eum talem Edicto Ædilium jubetur, planè juxta dictum promissumve *l. 17. §. ult. de Ædilit. edict.* neque sublevabit effugium, nimirum, non præstari solere ea, quæ commendationis causa & in laudem duntaxat hominis afferuntur, *l. 19. ff. d. tit.* Quod si præstiturum se qvicquam venditor promiserit, id tamen non amarè ab eo est exigendum, sed ex æquo & bono modicè *l. 18 pr. d. t.* & cum quodam temperamento; ut si fortè constantem esse affirmaverit, non exacta gravitas & constantia, quasi à Philosopho desideretur, & si laboriosum & vigilacem adfirmaverit, non continuus labor per dies noctesq; ab eo exigatur; sed hæc omnia, uti dictũ ex bono

Explicatio Phraseos: servum noxa esse solutum.

ex bono & æquo modicè conſiderentur, Idem & in cæteris, quæ venditor affirmaverit, intelligemus: Niſi venditor optimum eſſe dixerit, tunc optimum quoque præſtare debet, nam ſi ſimpliciter quid affirmâſſet, ſatis feciſſe videtur, ſi mediocre præſtet, *l.18.pr. §.1. d.t.*

XXXI. Sciendum tamen eſt, quædam & ſi dixerit, præſtare eum non debere, ſcil. ea, quæ ad nudam laudem ſervi pertinent: veluti ſi dixerit frugi, probum, dicto audientem: ut enim *Pedius* ſcribit, Multum intereſt, commendandi ſervi cauſa quid dixerit, an verò præſtiturum ſe promiſerit, quod dixit *l. 19. pr. d. tit.* Planè ſi dixerit aleatorem non eſſe, furem non eſſe, ad ſtatuam nunqvam confugiſſe, oportet eum id præſtare. *l.17. §. ult. l. 19. §. 1. dict. tit.*

Commendatio quando non noceat.

XXXII. Dictum verò à promiſſo ſic diſcernitur; Dictum accipimus, quod verbotenus pronuntiatum eſt, nudoque ſermone finitur: promiſſum autem poteſt referri & ad nudam promisſionem ſive pollicitationem, vel ad ſponſionem; ſecundum qvod incipiet is, qui de hujúsmodi cauſa ſtipulanti ſpopondit, & ex ſtipulatu poſſe conveniri & redhibitoriis actionibus, non novum: namqui ex emto poteſt conveniri, idem etiam redhibitoriis actionibus poteſt conveniri. Ea autem ſola dicta, ſive promiſſa admittenda ſunt, quæcunque ſic dicuntur, ut præſtentur, non ut jactentur *l. 19. §. 2.3. d. t.*

Dicti & promiſſi differentia.

XXXIII. Uti vero hi textus ſuam adhuc hodie afferunt utilitatem, & in perſonarum liberarum vel famulorum vel ancillarum commendationibus applicari poſſunt; ita ex *l. ſciendum 19. ff. de ædilit. edict.* concludit *Beneventanus quæſt. ſabbat. 2. n.* 7. ſi quis ſe dixit Advocatum providum, non eſt in eo ſumma prudentia ſum-

Uſus hujus Juris.

summi Philosophi attendenda, sed sufficit, si sit qualis qualis. Nam si promitto alicui cocum, non meliorem præstabo, sed sufficit, si qualem qualem exhibeam, qui sciat facere carnes lixas *per l. 18. §. 2. ff. eod.* Et licet non sit summe peritus Advocatus, tamen qvotidianus usus efficit viros approbant, *l. 17. C. de jud.*

L. un. §. 3. C. de latin. libert. toll.

XXXIV. In tota vero hac servitutis materia notabilissimus est textus *l. un. §. 3. C. de Latin. libertat. toll.* cujus verba repetere non displicebit: *Scimus*, inqvit Justinianus, *hoc etiam esse in antiqua Latinitate ex edicto Divi Claudii introductum, quod si quis servum suum ægritudine periclitantem à sua domo publicè ejecerat, neq; ipse eum procurans, neq; alii eum commendans, cum erat ei libera facultas, si non ipse ad ejus curam sufficeret, in Xenonem eum mittere, vel quo poterat modo eum adjuvare, hujusmodi servus in libertate Latina antea morabatur, & quem ille morientem antea dereliquit, ejus bona iterum, cum moreretur, accipiebat. Talis itaq; servus libertate necessariâ, domino etiam nolente, re ipsâ donatus, fiebat illicò civis Romanus, nec aditus in jura patronatus quondam domino reservetur. Quem enim suâ domo suaq; familiâ publicè repulit, neq; ipse eum procurans, neq; alii commendans, neq; eum in venerabilem Xenonem mittens neque consveta ei præbens salaria, maneat ab eo ejusque substantiâ penitus segregatus, tam in omni tempore vitæ liberti, quàm cum moriatur, nec non postquam jam in fata sua concesserit.*

Explicatur & applicatur.

XXXV. Aurea sane sunt hujus §. verba, quæ nobis Gentilium referunt pietatem erga suam familiam, quæ multos Christianorum in ultimo judicio rubore suffundet, utpote qui sæpius omnis humanitatis & cognationis, quam natura inter homines constituit, *l. 3. ff.*

l.3. ff. de J. & J. obliti, primoque morborum impetu perterriti negligunt ægram familiam, ſuisque ſedibus expellunt. Hujus crudelitatis ergo ad examen vocantur à laudatisſimo Mengeringio *in Scrutin. Conſc. catechet. c.9. qu. 116. p.759.* Ob ſie ihr franckes / lagerhafftiges Geſinde auch in acht genommen / warten und pflegen laſſen: oder ob ſie daſſelbe ſo bald in Spittel geſchickt / zum Hauſe aus und auf die Gaſſe geſtoſſen / Hülff- und rathloß gelaſſen und vergeſſen haben? Applicat huc ſententiam Gentium Apoſtol. *1. Tim. 5, 8.* Quodſi quis, *inquit*, ſuorum præſertim domeſticorum curam non habet, is fidem abnegavit, eſtque infidente deterior. conf. *Syrach. cap. 33, 31. Job. 31, 13, 14. 15. Coloſſ. 4, 1.*

XXXVI. Ad hunc verò textum notandum, (1) Claudiani edicti, quod allegat Imperat. Juſtinianus, mentionem fieri apud *Sveton. in Claud. cap. 15. Cum quidam*, inqvit, *ægra & affecta mancipia in inſulam Æſculapii tædio medendi exponerent, omnes qui exponerentur, liberos eſſe ſanxit, nec redire in ditionem domini, ſi convaluiſſent: quod ſi quis necare quem mallet, quam exponere, cædis crimine teneri.* Et ſic Juſtinianus Ædem Æſculapii videtur appellare Xenonem, i. e. domum publicam, quæ juxta Æſculapii templum erat extra urbem, in quam ægri ſuſcipiebantur: niſi quis malit de Coo inſula intelligere, illi Deo dicata, ad quam deferebantur, qui depoſita atque conclamata eſſent valetudine. Connan. *l. 2. Comm. cap. 6. n. 7.* Alii intelligunt inſulam Tiberinam, in qua templum Æſculapii fuerit extructum. Wiſſenb. *ad h. l. un. §. 3.* (2) Ex hujus §. argumento colligunt Doctores ſi maritus uxorem malè tractet & expellat, qvod maritus ſe indignum reddat lucro dotis, quod *Notabile primum.* *Secundum.*

ipsi alias ex Statuto vel pactis dotalibus competebat. B. Dn. Brunneman. *ad d. l. un.* (3) Dum servire nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros, qui cupientes servire propter adversam valetudinem impediuntur, *l. 4. §. 5. ff. de Stat. lib.* probabilis & æqua multis videtur sententia, quod ægris famulis etiam debeatur merces & succurrendum sit ægrotantibus, *Id. ad ff. d. l. §. 5.* Sed illud ad modicum temporis restringendum erit, *arg. l. 27. ff. loc. cond.* Wissenb. *ad ff. p. 1. disput. 37. th. 17.* nam cum ex locatione operarum famuli petant mercedem; hisce non præstitis petitio locum non inveniet *arg. l. 15. §. 6. ff. loc. cond.* Coler. *decis. 202.* Exigit tamen charitatis & commiserationis ratio, ne famuli, morbo impediti officium suum præstare, in continenti ab iis, qvibus inserviunt, domo expellantur, Lauterbach. *ad tit. loc. conduct. §. 2. th. 22.* Struv. *Exercit. 24. th. 22.* De temperamento æquitatis ratione mercedis præstandæ vel non ob Dd. dissensum vid. Munnoz. de Escobar. *de ratiocin. c. 27. n. 21. & seqv.*

Tertium.

Ægris famulis an debeatur merces?

Exemplum servi commendati ex Sacris.

XXXVII. In sacris notabile exemplum servi commendati habemus in epistolâ Pauli ad Philemonem, in quâ Apostolus non solum de meliori commendat fugitivum Onesimum, sed simul constituit, si nocuit & debet, se velle restitüere, sibique imputari rogat, & sic ex constituto se obligat. Nam fugientes servi non vacui recedebant, sed fuga & furtum conjuncta esse solebant; Itaque in Codice Justinianeo titulum *de servis fugitivis* seqvitur ille *de furtis*.

A pedibus didicere manus peccare protervæ;
Non miror furem, qui fugitivus erat. *Martial.*

Conf. Hugo Grot. *in Comment. ad d. Epist. operi de J. Bell. & Pacis annexam.* ubi succinctè ea annotat, quæ ad Jprudẽtiam nostram faciunt.

XXXIIX.

XXXIIX. Nunc ad personas liberas, relicta Dominorum commendatione, transeundum, & de parentibus primo loco agendum erit. Et quidem si pater filiumf. ad officium commendaverit, eundem obligari, probari potest *arg. l. 5. C. de Decur. l. 4. C. ne fil. pro patr.* Si enim nudus consensus ad filii nominationem pro obligatione patris sufficit, multo magis id obtinebit, si accedat commendatio specialis, ubi non tantum pater filium electum vult, sed commendando simul honores ejus promovet; adeoque merito de damno à filio Reip. illato, debitoque eo nomine contracto tenebitur, *l. 7. ff. de administrat. rer. ad civit. pertin. l. 2. l. 17. §. 2. ff. ad municip.* Nam sola nominatio ad munera publica nominatores obligat, suntque tanquam nominati sponsores in periculo & obligatione, si postea ineptus & damnosus reperiatur, *d. l. 2. ff. ad municipal. l. ult. C. qu. atat. se excus. l. 1. C. de Decur. l. 1. C. de filiisfamil. & quemadmod. pro his pat. ten. l. un. C. de peric. success. l. 5. C. d. Fabricens. t. tit. C. de peric. nominat. l. ult. in fin. C. quo quisq; ord. conven.* Idem obtinet in tutela, si filius cum consensu patris tutor datus fuerit. *l. 21. ff. de admin. tut. l. 7. ff. de tutel.* Ubi pater filio ob commune periculum fidelem commendat administrationem. Sic etiam aliàs sola affirmatio in tutela pro fidejussione est, cum quis affirmaverit tutores esse idoneos. *l. 4. §. ult. ff. de fidejuss. tut.* Quod admodum speciale inductum est tum favore pupilli, ut habeat, quem pro inidoneo tutore ad securitatem & indemnitatem suam conveniat; tum gratiâ Magistratus, ne subsidiaria actione, quæ hodie etiam locum habet, Carpzov. *P. 2. C. 11. D. 4.* Philip. *in usu pract. Inst. lib. 1. Eccl. 89.* tam facilè astringatur Mev. *ad Jus Lubec. l. 3. tit. 10. art. un. n. 12. & 13.*

Commendatio personarum liberarum & quidem patris, quando filium ad officia commendat.

Si tutela consentiat Pater.

De filiæ ut dotatæ commendatione.

XXXIX. De filia unicum hunc caſum notare placet; *ſi Pater filiam ut bene nummatam Titio commendaſſet, hicq; ſub dotis amplæ conditione matrimonium promiſiſſet*, quæritur; *numne deficiente hac conditione repudium mittere poſſit ſponſus ſponſæ?* Parentibus conditionem liberorum ſuorum etiam per matrimonium meliorem reddere non ſolum licitum; ſed etiam pietati eorundem maximè conveniens eſt. Eloca filiam, *inquit Syracides c.* 7,27. & magnum opus peregeris, & eam viro prudenti tradito. *Luth.* Berathe deine Tochter / ſo haſtu ein groß Werck gethan / und gib ſie einem vernünfftigen Mann. Conf. *1. Tim. 5, 8.* Et ſane bonorum Studioſorum intereſt, ex conſilio *Berneggeri ad Tacit. de moribus German. cap. 18. quæſt. 94.* hominibus locupletes filias habentibus perſvaderi inculcariqve Syracidis hoc præceptum, ut præferantur ipſi pecunioſis, inertibus & pravis: credaturque id, quod ex *Euripide Stobæus ſermone 70.* citat: κύδιον βροτοῖς, πένητα χρηστὸν, ἢ κακὸν καὶ πλούσιον γαμβρὸν πεπᾶσθαι. *Honeſtius eſt hominibus pauperem bonum, quàm malum & divitem habere generum.* Pater itaque ſi hoc non agat, nec conditionem filiabus quærat, matrimonium prohibere videtur; adeoque & hoc caſu non ſolum L. Jul. diſpoſitio obtinebit, ut cogi poſſint parentes, in matrimonium collocare liberos, quos habent in poteſtate, *l. 19. ff. de rit. nupt.* ſed etiam ſi diſtulerint nuptias deſideratas vel conditionem oblatam repudiaverint, & filia in corpus ſuum peccaverit, eandem exheredare non poterunt *Novell. 115. c. 3. §. 11.* qvia non ſua culpa id commiſiſſe cognoſcitur. Sic apud Veteres parentes filias ſuas viris non petentibus ultro obtuliſſe per varia exempla demonſtrat *Paulus Cypræus d. jur. connub. c. 3. §. 7.*

Conditio liberorum quærenda.

Ratio juris ſi parentes filias non elocaverint

XL. Uti

XL. Uti verò hoc decet Parentes; ita nec minus dotandi officium iisdem, maxime verò patribus incumbit, *d. l. 19. ff. de rit. nupt. l. fin. C. d. dot. permiss.* pro modo facultatum & dignitatis, *l. 60. l. 69. §. 4. ff. de jur. dot.* Struv. *Exercit. 30. th. 4.* Mevius *p. 2. dec. 118.* Utrumque tamen tam elocatio, quàm dotatio honestè [*vid. cap. 14. & 15. X. de sponsal*] & b. f. fieri debet. Nam dolus utrinq; nocet, actumque infirmat; adeoq; si sub conditione dotis commendatam filiam ambiisset, hocq; modo promisisset matrimonium, fide rupta & conditione deficiente matrimonium consummare non tenetur Sponsus *c. 3. X. de condit. apposit.* Carpzov. *Jprud. Eccles. lib. 2. def. 22.* Jacob. Mæstert. *in illustr. Jur. mater. Tr. de sponsal. p. 635.* P. *Cypræus d. l. cap. 8. §. 5.* Licet enim matrimonium sine dote esse possit, tamen si sub conditione dotis promittatur vel contrahatur, conditio hæc, ut legibus approbata etiam adimplenda erit. Onera enim matrimonii sic sublevantur, *l. 65. § 1. ff. de jur. dot. l. 20. C. eod.* dotisque datio est de solennitatibus matrimonii *l. 20. C. de donat. ant. nupt.* publiceque interest mulieres dotari & dotes conservari, *l. 1. ff. solut. matrimon. l. 18. ff. de reb. autor. judic. possid.* Legum itaque & canonum autoritate fretus nullam turpitudinem subesse credo. Antiquis quidam Germanis hic mos contrahendi probatus non erat, utpote apud qvos teste Tacit. *de morib. German. cap. 18, 2.* dotem non uxor marito, sed uxori maritus offerebat. Sed uti in multis aliis eosdem reliqvimus, ita & in hoc Romanorum mores magis probamus: Dote cassas habere uxores, habuit sane locum & rationem suam illo prisco & simplici ævo, verum cum alia tempora alios mores postulent, quemadmodum Imp. *Augustus* quædam ex horrida illa anti-

Dotis necessitas.

Qvæstionis decisio.

Mores Germanorum antiquorũ in dotatione.

quitate ad præsentem usum flexit, commendante laudato *Tac. Ann. 4, 16.* sic nec istius instituti mutatio inconsulta videri debet. *Hodie opus sunt opes* (qvibus veteres illi æquo animo caruerunt,) *& sine iis nihil fiet, quod opus*, ait Demosthenes. Et sunt haud dubie matrimonii nunc onera, qvorum nomine dotem numerare solet uxor, multo, quam ævo superiori, majora: quæ non facile sustinere queas, si vel nullam vel Poeticam aliquam accipias dotem: qvalis scil. illa fuit Homeri, filiæ suæ propter inopiam Cypria sua carmina dantis in dotem, ut est apud Ælianum *var. histor. 9, 15. Bernegger. d. l. qu. 93. circa fin.*

Dos Poetica

De Virginitate commendatâ.

XLI. Virginitatis commendationem propter temporis angustiam hîc subjicere non licet, vid. de eadem quatenus defectus ejusdem matrimonium dissolvit, *Deuter. c. 22. Ordinat. Consistor. Elector. Brandenb. tit. 64. de errore qualitatis.* **Wann einer eine geschwächte vor eine Jungfrau bekömpt.** B. Dn. Brunnem. *Cent. 3. dec. 96.* Sprenger. *in decis. pag. 169.* Wissenbach. *ad ff. part. 1. disp. 44. th. 3.* ubi etiam Dissent. alleg. Carpz. *lib. 2. Jprud. Consistor. Def. 193.* Hahn. ad Wesenbec. *part. 2. tit. de ritu nupt. verb. quanquam Theologi. p. 106.* Struv. *Exercit. 29. th. 25.* Cypræus *d. l. cap. 13. §. 29. & seqq. ubi §. 46.* parentes quoqve sponsam corruptam pro virgine dolosè collocantes pœna arbitrariâ carceris vel pecuniæ, afficiendos esse, decidit.

Commendationis diversa ratio

XLII. Commendatio verò cum diversimodè fiat, vel in actibus inter vivos vel in ultimis voluntatibus, imo etiam post mortem, & sic tàm vivi quàm mortui commendentur, ordine hoc, aliis jam expeditis, pensum absolvere placet. Et quidem primo loco occurrunt actus inter vivos seu contractus, adeoque quæritur

In

tur, *si quis commendet amicum, & alter commendato mutuo daret, vel rem venderet, numne inde detur actio contra commendantem?* Hic ante omnia tenor commendationis est inspiciendus, cum enim commendatio vel sit generalis vel specialis, seu nuda vel non nuda, vid. supra *c. 1. §. ult.* diversus quoque erit ejusdem effectus. Si enim quis verbis generalibus seu ut *Decis. Elect. Sax. 42.* habet: Wann einer keine verbindliche Worte gebrauchet/sondern nur entweder eine blosse intercession vor einen andern eingewendet/ amicum amico commendaverit, licet de meliori nota; exinde tamen nunqvam obligatur *l. 12. §. 12. ff. mand. l. 7. §. 10. de dol. mal. l. 19. pr. ff. de ædil. edict. l. 11. §. 2. de leg. 3. l. fin. C. quod cum eo qui in al. potestat. &c.* à commendantis enim intentione maximè alienum est, utpote qui nequaquam hoc agit, ut se obstringat, sed solum ut commendato major habeatur fides, & in alterius arbitrio est, an commendationi fidem habere velit; actus igitur agentium ultra intentionem illorum nihil operari debent, *l. 19. pr. ff. de reb. cred.* Et licet interdum specialioribus verbis hæc commendatio fuerit colorata, ut si quis diceret vel scriberet, Ich wolte wol für ihn loben/oder gut sagen/ich habe offt und mannigmahl mit ihm gehandelt/und guten Glauben funden/ Item: Wann es mich angienge/wolte ich ihm wohl trauen/ iisque inductus sit creditor ad mutuandum, si tamen non fidejusserit, ad solvendum, cum debitor solvendo non existit, conveniri neqvit ut fidejussor Nicol. Boër. *qv. 3. n. 1.* qvia aliud est ipsa fidejussio, aliud promissio de fidejubendo; sicut & aliud est promissio de vendendo, aliud venditio *l. 1. C. de pact. pignor.* Carpzov. *Jurisprud. for. part. 2. constit. 18. def. 1. num. 1. 2. 3. 4.* In speciali verò com-

contractibus

prægnantis commendationis formulæ. commendatione seu non nudâ & prægnanti aliud dicendum est, v.gr. Fide ei tanquam viro bono & apud quem nihil est periculi: aut ego faciam, ut tibi creditum rursum solvatur; aut sis extra periculum, vel uti Mercatores hoc exprimunt, credas ei meo *risico*, (de quo voc. *vid. Stracha de Assecurationibus gloss. 16. per tot.*) vel *conto* ac similibus, ut: Glaube ihm auff mein Wort/ ich will darob seyn/ daß die Bezahlung erfolge/ Exemplum est in Samaritano commendante viatorem vulneratum, *Luc. 10. v. 35.* & in Paulo Onesimum servum commendante, de qvo supra: hæc enim æquipollet mandato, *d. l. fin.* ibi: *nisi specialiter, ut pecuniam præstet, à domino fuerit postulatus C. quod cum eo, qv. in alien. potest.* adeoque non nuda erit, ut vult Philippi *ad d. Decis. Electoral. Saxon. 42. Observ. num. 12. & 13.* Si quis alicui vel Mercatori vel alteri personam alicujus commendet, de mutuo danda pecuniâ *l. 24. ff. de fidejussor.* ibiq; Gothofr. *l. 12. §. 13. ff. Mandat.* Mæv. *ad Jus Lub. l. 1. tit. 10. art. un. num. 25.* Vincent. Caroc. *de excuss. bonor. p. 2. quæst. 21.* ubi *n. 2.* cave, *ait*, à rogando in scriptura vel epistola vel coram testibus, quia poteris conveniri ut fidejussor, excussione facta. Vidi in instrumento apponi; *quas pecunias mutuavi intuitu & contemplatione Sempronii*, ita asserentis ad effectum conveniendi ut fidejussorem. Unde habes remedium, si amicus te rogavit, conveniendi eum, excusso principali debitore.

Commendanti dator beneficium ordinis.

XLIII. In simili verò casu literis commendatitiis amissis mercator ex suis libris, in qvibus rogationem tertii ipsi summæ adscripsit, probationem deducere nequit, nec ad juramentum in supplementum admittitur *arg. l. 6. §. 4. ff. de edend.* hisce enim libris non est credendum.

De probatione commendationis literis amissis.

dendum, quatenus continet fidejusſionem, quod fidejusſio non ſit de pertinentibus ad negotiationem. Hering. *de fidejuſſ. cap. 17. num. 56.* Teſſaur. *Deciſ. 166. num. 7.* Mev. *ad Jus Lub. l. 5. tit. 6. art. 4. n. 20.* Mandell. *conſ. 95. n. 11. & ſeqv.*

XLIV. Deinde obligat quoq; commendatio, ſi acceſſerit dolus: Fraudulenti enim conſilii & commendationis eſt obligatio, *l. conſilii 47. de R. J. ibiq; Dd.* Wann einer vorſetzlich und wiſſendlich eine ſolche Perſon/ſo keine Mittel zu bezahlen/rühmet / *d. Deciſ. Elect. Saxon. 42.* In dolo autem eſt, qvi aliud ſuggerit, quam verè ſubeſſe ſcivit, veluti ſi dixit divitem, quem inopem, b. f. virum, quem fraudatorem, ſcivit. Et tunc obligat, quando dicitur alium inducendi gratia, *l. 1. ff. de dol. mal. l. 7. §. fin. & l. ſeqv. ff. d. t. jung. l. penult. ff. de jur. dot. l. 22. §. 2. ff. ſolut. matrimon. l. 52. §. 21. ff. de furt.* Ita ſemper dolus ſubeſſe cenſetur, ſi quis ſui lucri cauſa aliquem laudaverit & commendaverit, ut inde ſua commoda quæreret; vel ſi ex commendatione lucrum habet. Quod probè notandum eſt (1) contra proxenetas, Germ. die Meckler und Unterhändler / licet enim hi ipſi regulariter non obligentur, quia non ſpontè, ſed implorati conſenſum ſuum miniſteriumq; præbent, nomenque contrahendum monſtrant, non contrahi mandant *l. 2. ff. de proxenet.* & ſic pro qvalitate officii ſui non præſumi poſſunt adſtringere fidem ſuam: nemini enim officium ſuum damnoſum eſſe debet, *l. 7. ff. teſtam. quemadmod. aperiant.* ſi tamen nòn nudè laudent, ſed affirment, ſalariumq; accipiant, meritò obligantur, *l. 8. ff. de dol. mal.* ſciantque eum, quem laudant, ſolvendo non eſſe, hæc enim tria dolum præſumunt, ſi ſcil, ſciverint inidoneitatem, & tamen illi illam dolo-

Dolus in commendatione obligat.

Proxenetæ quando obligantur.

sè negaverint, & lucri causa laudaverint *d.l.2 ff. de proxenetic. Stracha d. decoctor. n. 34. & de proxenet. p. 3. qu. 35. n. 20.* (2) Facit etiam hoc contra creditores, qvi se tales dissimulant, interim suum debitorem, utut facultatibus labi, & mox decocturum sciant, laudant & commendant aliis, quo ei mutuam dent pecuniam seu merces fide habitâ de pretio vendant, unde sibi satisfieri de suo credito procurent, welche ihren debitorn bey andern durch ihre Recommendation Geld loß bringen / damit sie bezahlt werden *dict. l. 8. ff. de dol. mal.* Imò etsi vel lucrum nullum capiat & speret commendans, si tamen sciat, conditionem commendati longè aliam esse, atque profatur, & nihilominus in damnum suis exhortantibus alium inducat, id impunè ferre non debet, sed ad interesse inde obligabitur, Hering. *de fidejussor. c. 18. n. 12.* hocque casu si conventus commendans scientiam conditionis vel qvalitatis neget, juramentum deferri potest. *Id. d. l. n. 15.*

Creditorū commendatio quando obliget.

Temeritas commendātis punitur

XLV. Adhæc, obligationis quoque causa est interdum temeritas, si quis ad candidam alicujus interrogationem effuso sermone alterius fidem & facultatem extollat, *arg. l. 13. §. 3. ff. de act. emt.* ibi: *non debuit esse facilis ad temerariam indicationem:* maximè si commendatus ignotus esset venditori, cui aliàs merces suas non venderet, Köppen *dec. 36. n. 9.* in Mercatoribus enim requiritur fides exuberantissima, Marquard. *de jur. Mercator. lib. 2. cap. 11. num. 69.* cumque eorum maximè intersit, solutionem debito tempore fieri, hinc persvasor semper fidejubere censetur. Philippi *ad dict. decis. Elect. Saxon. 42. O. 1. n. 32.* Hucque pertinet Statutum Lubecense *dict. l. 3. tit. 10. artic. un.* Will jemand einem frembden sein Guth nicht verkauffen / und einan-

einander steht dabey und sagt / ihr möget es ihm wohl vertrauen/die Bezahlung wird euch wol. Wird der Verkäuffer von dem Käuffer nicht bezahlet / so muß der ienige zahlen / welcher den Frembden loben thät / dadurch der Verkäuffer verführet worden. Sic etiam aliàs Dd. distingvere solent inter commendationes, quæ post, & quæ ante contractum fiunt; illæ non obligant ullo casu, nisi iis creditor detineatur à perseqvendo maturè jure suo; hæ verò iterum subdistingvuntur, an quis consultò sine commendatione, vel eâdem inductus facturus fuisset, & hoc posteriori casu utique obligatur commendans; uti jam demonstratum. De qvibus omnibus egit Mevius *ad Jus Lubecens. d.l.*

XLVI. Ratione Institorum vulgò Factorn / in specie notandum, quod si commendent de fide suos principales seu præponentes, hosce se solutioni subtrahere non posse, postquam in illo mercimonii genere, cui sunt præpositi, ad mutuo dandum vel vendendum alliciunt creditores, *arg. l. 5. §. 20.* ibi: plane si affirmaverit mihi: recte me credere operariis suis. *ff. d. instit. act.* Carpzov. *decis. 126. n. fin.* Si enim cum iisdem contrahi nolint, proscribere palam hoc debent secundum modum præscriptum in *l. 11. §. 2. & 3. ff. dict. tit.* Sic multo magis qui obligabitur, qui alium commendat alii, ut ei merces vendendas & negotia gerenda committat; siqve hoc ad commendationem factum, & commendatus decoxerit, commendans de credito tenetur B. Brunneman. *Centur. 3. Dec. 80.* Si tamen fœmina mercatrix alteri institorem enixè commendaret sine dolo tamen, licet non sine culpâ, ex mandato non tenebitur, quia commendator obligatur ut fidejussor, Marquard. *d. jur.*

De Institoribus Præponentes commendãtibus.

Mulier cõmendans, num obligetur?

d. jur. commerc. l.2. c.11. n.69. jam verò fœmina ex fidejussione non tenetur ob SCtum Vellejanum, adeoque nec ex tali commendatione prælaudatus Brunn. *d.l. n.5.* Atque hæc de contractibus sufficiant, cum ea, quæ desiderari possunt, facilè ex aliis suppleri possint. *Vid. Dn. Fritsch. Diss. de liter. commendat, it. Disp Inaugur. Argentor. decad.3. de obligat. ex liter. commendatit. & Lipsiens.* Dn. Carpz. *de eâd. materia.*

Commendatio delinquentium ex l.1. §.4. ff. de serv. corrupt.

XLVII. In actibus inter vivos illicitis, quos vocamus aliàs συναλλάγματα ἀκούσια seu delicta, quam periculosum sit commendare delinqventes, docet JCtus Ulpianus in textu elegantissimo *l. 1. §. 4. ff. de serv. corrupt. Sed utrum*, inqvit, de corrumpente servum alienum agens, *ita demum tenetur, si bonæ frugi servum perpulit ad delinqvendum, an vero etsi malum hortatus est, vel malo monstravit, quemadmodum faceret? Et est verius, etiamsi malo monstravit, in quem modum delinqueret, teneri eum, imò & si erat servus omnimodo fugiendus, vel furtum facturus*, hic verò laudator hujus propositi extitit, tenetur. Non enim oportet laudando augeri malitiam. *Sive ergo bonum servum fecerit malum, sive malum fecerit deteriorem, corrupisse videbitur.* Quàm conformis juri divino est hujus §. decisio! & quam accuratum ex limpidissimis rectæ rationis fontibus JCti gentilis deductum est responsum! Morte enim, Apostoli judicio ad *Rom. 1. vers. ult.* digni sunt non solum, qui faciunt mala, sed etiam facientibus assentiuntur. *c. notum 10. c. 2. qu. 1. c. quantæ 46. X. de sentent. excommunicat. c. 1. X. de off. & pot. jud. deleg.* Ubi Gloss. & Canonistæ notant, consensum tanqvam generale verbum quadruplicem esse scil. negligentiæ, consilii, cooperationis & autoritatis sive defensionis; conf. Mengering. *Scrutin. Conscient. c.3. qu. 13. p. 145. & p. 146.*

XLVIII.

XLVIII. Ii itaque, qui delinqventes laudant & commendant, culpam peccati alieni in se derivant. Et consilio æquiparatur similis commendatio; nec minus corrumpit, qui laudat malum propositum, quam qui consulit, quia eum confirmando deteriorem facit Beat. Brunnemann. *ad d. l. 1. §. 4. de serv. corrupt.* consulitque revera, qui v. gr. communicatum secum homicidium futurum laudat dicendo, fore bonum factum, & simile. Angel. *Consil. 22. num. 1. & seqv.* ubi agit de eo, qui commissurum homicidium instigaverat dicendo: facies optimum factum; concluditque quod licet is non possit dici tractator, seu ordinator homicidii, bene tamen dicitur persvasor, confortator vel inflammator, & sic tenetur de consilio, licet non de ordinatione, seu tractatione; eundemque seqvitur Jason. *in l. 1. num. 33. C. de serv. fugitiv.* Cæpoll. *Consil. 27. num. 5.* ubi dicit, qvod laudando quis factum, præstet favorem. Similiter & is, qui volenti delinqvere, audita ejus voluntate respondit; expedias te citò, quod facturus, fac cito, aliter factum non bene succedet &c. consulere dicitur, adeoque de consilio tenetur. Jason. *d. l. n. 34.* B. Dn. Brunneman. *in Disp. de Delicto servi alteriusve hominis corrupti & ejus jud. c. 4. §. 3.* quam ut elegantissimam commendat Struv. *in Jurisprud. Forens. l. 3. tit. 24. §. ult.* confer. *artic. 177. Constit. crim.* Nec sine pœna erit qui laudando ratificaverit delictum, eaque gravior erit, si delictum fuerit commissum ipsius nomine, isque sciens commissum suo nomine, illud tanqvam factum suo nomine ratificet gl. *in l. 1. §. 12. ff. d. vi & vi armat. & in clem. 1. pr. in verbo rata. d. pœn.* Jul. Clarus *sentent. l. 5. §. fin. Pract. crimin. qv. 87. circa fin.* Hinc nec impune fert, sed salvo DEI judicio, in foro exteriori in duplum convenitur, qui laudando servum alterius corrumpit, omneque dam-

Reatus commendantium delinquentes.

Obligatio eorundem.

Pœna.

num, quod ob servum corruptum domino eo, quo corrumpitur, tempore obvenit restituere tenetur, *l. 5. l. 6. l. 14. §. 6. & 9. l. 9. §. ult. l. 10. 11. ff. de serv. corrupt.* Utilis etiam hæc actio de servo corrupto applicari solet ad personas liberas, si nimirum non servus, sed filiusf. vel filiaf. corrumpatur; & tunc officio judicis æstimandum, quanti intersit, animum liberorum non corruptum esse, *d. l. 14. §. 1.* Similiter Interpretes hanc actionem concedunt maritis contra corrumpentes animum & mores uxoris; it. si hodierni famuli alterius dolo deteriores fiant, dominis: nec non magistratui propter subditos. Struv. *Exerc. 15. th. 49.*

Actio de servo corrupto utilis

Commendatio in ultimis volunt.

XLIX. Ad ultimas voluntates quod attinet, commendatio haud infreqvens est, primamque hoc in actu sui suorumqve curam habere solent morientes Ministri Principum, horumque gratiæ se suamque familiam commendare solent; quas morientium commendationes boni Principes ob memoriam bene meritorum negligere non solent, easque ratas esse, naturali æqvitati convenit, Eyben. *in observ. Theorico-Pract. ad Inst. Disq. IX. o. 2. n. 4. p. 216. Tac. An. 3. c. 16. & 17.* Sed hâc tamen sub conditione easdem subintelligere oportet, *si merebuntur*; ad exemplum Imp. *Augusti*, qui nunquam filios suos commendabat populo, ut non adjiceret: *Si merebuntur. Sveton. in Aug. c. 56.* Et similes commendationes pares inter se sæpius observant, si illud breve mortis arbitrium permittat, *Tacit. Annal. 15, 59.* Sicque amicus amico ejusque tutelæ uxorem liberosq; commendat, fere enim amicissimos solemus liberis nostris tutores dare, *l. 36. de excusat. tut.* Sique se tutelam administraturum patri pupillorum promiserit, non excusatur *§. 9. Inst. de Excusat. tut.* quamvis aliàs se ex-

Commendatio liberorum.

cusare posset, *l. 15. §. 1. eod. l. 29. in fin. ff. de testam. tutel.* Nec ipsi Imperatores morientes suorum obliviscebantur, sed populo & Reipubl. vel amicis eosdem commendabant. Vid. *Tac. 2. Annal. c. 71.*

etiam observata ab Imperatoribus.

L. Meminisse hîc juvabit vindictæ illius, quam Rex & Propheta David morti vicinus Filio Salomoni commendabat contra Simei, qui Regi, qvondam maledicens, postea pœnitentiæ contestatione & injuriarum deprecatione gratiam impetravit, regio juramento confirmatam. Vid. *2. Sam. 16. v. 5. & seqq.* & *cap. 19. v. 19. & seq.* Non obstante tamen hac delicti remissione criminisque abolitione, cum appropinquaverant dies Davidis, ut moreretur, præcepit Salomoni filio suo dicendo: *Ecce tecum est, Simei, filius Gera & ipse maledixit mihi maledictione vehementi & affecit me gravibus injuriis eo die, quo ibam ad castra:* at quoniam ipse descendit in occursum mei ad Jordanem, juravi ei per Jehovam dicendo: Non te interficiam gladio. Nunc autem, *ne innocentem dimittas eum, nec sinas eum impunitum abire:* & cum sis vir prudens, nosti, quæ facturus sis, *ac invenies causam, qua curabis eum esse interficiendum*, ut deducas canitiem ejus cum sangvine ad sepulchrum. Quod Patris Davidis præceptum Rex Salomon (decipulam qvasi Simei ponendo,) egregio politico arcano & stratagemate adimplevit: Simei enim intra fines urbis Hierosolymitanæ quiete viveret, ac ne muros & fines huc aut illuc transgrederetur, sub pœna capitis decrevit. Elapso autem triennio cum Simei servos fugitivos proseqvendo in Gath abierat, eosq; in obedientiam reducere intendebat, Rex Salomon eum, propter violationem Regii mandati, neci dare jussit. *1. Reg. 2. v. 8. & seq.* ac *v. 36. & seq.* Hinc Politici inter arcana Rerumpubl.

Davidis vindictæ commendatio contra Simei.

publ. referunt exemplum hoc Regis Davidis quod demum moriturus à Simei injuriarum vindictam sumere filio Salomoni tanqvam Successori in Regno præcipiebat. *Besold. d. arcan. Rerumpubl. c. 1. n. 10.*

Num justè egerit David.

LI. De hujus vindictæ commendatæ justitiâ jam disqviritur, & *annon perjurium David commiserit?* Hoc multis videtur, cum juramentum de impunitate & indulgentia criminis non probè observaverit, injuriam ad animum revocans vindictamq; meditans, cum potius Deo Ter O.M. tanqvam summo judici vindictam committere debuerit, ad cujus imperscrutabilem providentiam antein actu maledictionis simili piè respiciebat, cum ad Simei, virum maledicum, ejusq; maledictionem *d. l. vers. 11. 2. Sam. 16. Sinite eum*, inqvit, *ut maledicat juxta præceptum Domini. Forsitan respiciet Dominus afflictionem meam, & reddet mihi bonum pro maledictione hâc.* Vix itaq; aliter hæc Davidis actio excusari posse videtur, nisi ex dicto ipsius *Psal. 32.* pro remissione peccatorum omnes sancti orabunt. Alii tamen defensionem Davidis ex juramenti nullitate deducere satagunt, eandemque demonstrare amant ex comitum Juramenti solennis defectu secundum *cap. Etsi Christus 26. X. de Jurejur. Jer. c. 4. v. 2. cap. animadvertendum 2. c. 22. qv. 2.* quod sc. comite judicii & justitiæ destitutum fuerit hoc juramentum in eo, quod David non potuerit jurejurando remittere pœnam læsæ Majestatis reo, cùm Principi suo, uncto Jehovæ maledixerit, *Exod. 22. v. 28.* hunc itaq; errorem David moriens correxit. Quo faciunt ea, quæ tradunt Canonistæ, qvod jurans scienter aliquid omni jure illicitum non indigeat absolutione vel relaxatione juramenti, sed propria authoritate promissioni contravenire possit, *c. 5. ibi: rescinde fidem c. 22. qu. 4. Dd, ad cap.*

cum

cum contingat. de jurejur. conf. cap. quod David. 3. & c. juravit 4. c. 22. qv. 4. Alii ex Theologorum numero per modum explicationis ita excuſant factumDavidis & defendunt, quod conditionaliter remiſerit, *ut caveret, ne in poſterum amplius delinqueret*, admonitumq; voluerit filium Salomonem, ut actiones Simei tanquam ſceleſti hominis, exactè obſervaret, captaq; occaſione puniendi Simei ob novum delictum pro exaſperanda pœnâ, & hujus maledictionis meminiſſet. Sed annon textui vim inſerant, ipſimet videbunt. *Robertus Stephani* ex ipſo textu Ebraico totum negotium interpretatur, ſcilicet, David moriturus filio Salomoni per modum admonitionis dixit: Noſti, quæ facturus ſis cum Simei, viro improbo: Nam cum ſis ſapiens & prudens, facilem invenies cauſam, quâ curabis eum interficiendum. Cum igitur Simei poſt aliqvot annos præfixos à Rege terminos contra præceptum transgreſſus eſſet, Salomon reiteratum Simei delictum, cum priori gravisſimo delicto cumulando, morte vindicavit. Qvod à jure communi & æqvitate naturali non omnino alienum eſt; licet enim crimen abolitione ſopitum ne qvidem à ſucceſſore reſuſcitari posſit. *l. 9.* ibi: *delictum ſopitum C. ad L. Cornel. de falſ.* Qvod ſi tamen reus aggravatus procedente tempore aliud delictum commiſit, ille certè graviori pœnâ afficiendus eſt, *l. 3.* ibi: *conſvetudini C. de Epiſcop. audient. l. fin.* ibi: *abolitione criminis infamia non tollitur. C. de general. abolit.* Unde vulgari ſtylo Cancellariæ in reſcriptis gratiæ adjicitur: Wir wollen dir ſonſten / waſi du wieder einkommeſt / altes und neues zuſammen rechnen. Reiteratio enim criminis ſemper pœnam auget & multiplicat *l. 28. §. ſolent. 3. & §. graſſat. 10. ff. de pœn. l. 1. ff. de jur. patron.* uti Roberti Stephani ſententiam, aliorum

Delictorum reiteratio auget pœnā

liorum prius recensitis, hisce & pluribus confirmat Dn. Myler. ab Ehrenbach *in Nomolog. Ordin. Imper. c. 16. num. pen. & ult.*

Commendatio non infert fideic. LII. Ulterius si disqviratur de commendationis jure, in ultimis voluntatibus applicando, notandum venit, quod verbum *commendandi* fideicommissum non inferat, adeoq; per servorum commendationem fideicommissaria libertas iis non competit, per *l. 12. C. de fideicommiss. libertatib.* ibiq; Gothofred. & ad *l. 2. C. de codicill. l. 11. §. 2. ff. de legat. 3.* Mantica *d. conjectur. ultim. voluntat. lib. 8. tit. 1. num. 9.* Aliud enim est personam commendare, aliud voluntatem suam fideicommittentis heredibus insinuare. Et Paulus ait *4. sentent. tit. 1. §. 6.* Verbum *Commendo* nullam parit neque fideicommissi, neqve crediti actionem Jac. Gothofred. *ad lib. 2. Cod. Theodos. tit. 31. pag. 228.* Atqve ideò etiam in piis causis ex commendatione fideicommissum non inducitur, quia à libertate, de qvâ textus allegati disponunt, ad piam causam valet argumentum: *Ne quidem in piis causis.* Mantica *d. l. 8. de conject. ult. volunt. tit. 1. n. 10.* & ex eo etiam textu sc. *l. 12. C. de fideic. libertat.* potest probari, si Testator leget pauperibus usuras annus de 1000. flor. & disponat, ut illa sors detur Senatui hujus urbis; qvia est nuda commendatio, Senatus non habebit actionem. *Limitationes.* Limitantur tamen dicta, nisi addita causa finalis in commendatione servorum; Ne alii serviant, tunc enim manumittendi sunt per *l. 12. ff. de fideicom. libert.* B. Dn. Brunn *ad d. l. 12. C.* vel forsitan probetur, testatorem eo verbo fideicommittere voluisse; nam ex novissimis constitutionibus omne verbum ad fideicommittendum utile atque validum est, *l. 2. C. commun. de leg. conf. l. 41. §. 4. ff. de fideicomm. libert.* Wissenbach *ad d. l. 12. C. eod.*

LIII. Nec

LIII. Nec minus notabilis est *l. 10. C. famil. ercisc.* quam *Baldus ibid. n. 3.* tanto encomio celebrat, ut dicat, non esse meliorem in corpore Juris, Gail. *lib. 2. Obs. 116. n. 8.* in qvà dispositum est, si inter omnes heredes testator succesfienem suam dividit, ac singulos certis possessionibus cum mancipiis, qvæ in eisdem sunt constituta, jubet esse contentos, voluntati ejus (salva Legis Falcidiæ authoritate) obtemperandum esse, nec mutare, qvod in seqventibus verbis mancipia sua universa, nulla facta eorum discretione commendanda putaverit heredibus; cum utiq; his ea videatur insinuasse, qvibus etiam testamento relinqvenda esse decrevit. Ex hâc itaq; generali commendatione in fine dispositionis facta constat, testatorem propter illam non voluisse recedere à distributione servorum inæqvali, quia hanc generalem comendationem censetur retulisse ad qvemlibet eorum, qvibus hic vel ille servus assignatꝰ erat. Unde Dd. colligunt hanc Regulam; quod *verba infinita ultimo loco posita* limitentur & declarentur per species præcedentes, secus si præcedentia essent generalia & obscura, sequentia verò expressa & specialia, B. Dn. Brunnem. & Salicet. *ad d. l.*

Explicatur l. 10. C. fam. ercisc.

Generalia quando per antecedentia restringantur.

LIV. Tandem ad mortuorum classem me confero, primoq; obtutu ridiculæ illæ Russorum commeatûs & commendatitiæ literæ observandæ veniunt, qvarum meminit Olearius *in Itin. Persici descript. lib. 3. cap. 31 p. 315.* Darauf gehet der Pope hinzu/ giebt den Todten einen Paß mit ins Grab/ welchen sie in Muscow vom Patriarchen/ an andern Orten aber von den Metropoliten und Ertzbischöfen/ oder in mangel derer/ nur von den Popen umbs Geld lösen müssen. Derselbige Paß aber ist folgender gestalt eingerichtet: Wir N. N. Bischof und Priester allhier zu N. bekenen und bezeugen hiermit/

Mores Russorum in mortuorũ commendatione.

hiermit / daß dieser gegenwärtige N. bey uns als ein rechter Griechischer Christe gelebet / und ob er wol bisweilen gesündiget / hat er doch seine Sünde gebeichtet / die Loßsprechung und das heil. Abendmahl zur Vergebung seiner Sünden empfangen. Er hat auch GOtt und seine Heiligen recht geehret / gefastet und gebetet / wie sichs gebühret. Hat sich auch mit mir N. als seinem Beichtvater in allem wol verglichen / daß ich ihm seine Sünde gäntzlich vergeben habe. Darumb wir ihm diesen Paß mitgegeben haben / dem heiligen Petrus uñ andern Heiligẽ zu zeigen / damit er unverhindert möge zur Thür der Freuden eingelassen werden. Dieser Paß wird vom Patriarchen / Bischoff oder Popen unterschrieben / untersiegelt / und dem Todten zwischen zween Finger gestekket. Es meynen / inqvit *cit. aut.* die einfältigen Leute / daß dieser Paß und Recommendation-Schreiben ein grosses vermüge zum Hingang in jene Welt. Zum meisten aber hilfft es den Geistlichen / daß sie Geld bekommen. Eines solchen Passes gedencket auch *Gwagninus de Religione Moscovitarum cap. 2, pag. 174.* Wenn nun der Paß dem Todten zugestellet / wird das Sarg zugemachet und eingescharret. Sie legen aber alle Leichen / daß sie sich mit den Angesichtern nach Auffgang der Sonnen kehren. Nachdem nun der Todte begraben / segnen sich die Umbstehende gegen die Bilder / und gehen wieder nach Hauß. Den Freunden wird ein Trauermahl bereitet / vertrincken das Leid / und läufft gemeiniglich bey Mann und Weibspersonen auf gute Räusche hinaus.

LV. Sed nos meliora docti superstitionem hanc ipsis relinqvimus, & nostrorum mortuorũ rationem alio modo habentes meditata ad memoriam virtutis carmina & laudationes & lacrymas vel doloris imitamenta, ut

Taciti

Taciti verba noſtra faciamus *An.III,5.* ſive funebres conciones jure ſuo æſtimabimus. Harum Antiqvitatem & præſtantiam laudatam vide ſis apud celeberrimum Theologum Dn. Mart. Geierum *part. 4. concion. funebr. 73. p. 75. & ſeqv.* ubi monumentis, cippis, epitaphiis haſce præfert, earundemque initium à funere Abelis (*Gen. IV,10.*) deducit; Deumque ipſum ut primum oratorem introducit. Quid Ebræi in hoc laudationum genere obſervaverint exponit Idem in eruditisſimo *Tr. de Luctu Ebræor. cap. 6. §. 19.* Romanorum mores obſervavit Joh. Kirchmannus *de Funerib. Roman. l. 2. c. 18. & 19.* & ſimul inter alia hoc ſpeciale, quod habitæ fuerint orationes hujusmodi ab iis, qui mortuum ſanguine proximè accedebant; filiorumque primæ erant partes in funeribus parentum, & hi reciprocè laudabant liberos defunctos. De Chriſtianis in confeſſo eſt, priusquam corpus injecta humo contegeretur, defunctum ſolenni oratione fuiſſe commendatum; idqve comprobant veterum funebres conciones v. gr. Euſebii in funere Conſtantini, Nazianzeni in funere Baſilii & Cæſarii, Ambroſii in exeqviis Valentiniani, Theodoſi & Satyri &c. laudatus Geier. *d. l. p. 159.* Nemo itaque prudentum uſum earundem damnabit, dummodo tollatur abuſus, nec illius tritisſimi obliviſcamur;

Concionum funebrium antiquitas.

Ebræorum mores remisſivè.

Romanorū.

Eſt modus in rebus ſunt certi deniq; fines,
Quos ultra citroque nequit conſiſtere rectum.

Nam ſi ullibi, certe in hâc palæſtra dicendi valet illud Horatianum:

Qualem commendes etiam atque etiam aſpice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Vitia orationum funebrium. Quam sæpe in commendando oratoribus hisce omnis pudor periit! qvi aliàs difficillimi sunt in æternæ salutis sive Beatorum axiomate conferendo publicæ salutis & pacis ergò; quo tamen nec Cethegum, nec Catalinam moribus scil. talem damnare audent. Meliora hic speramus, charitatis Christianæ mantello sæpe palliantes notoria delicta; nec millesimus damnatur meritissimo suo damnandus. Quam sæpe fallacem norunt memoriam, quæ *Personalium* nomine claret, nec tamen hisce re contra audent. Inde illa Germanorum dicteria: Leichpredigten/Lügen/ und leichte Predigten. Hæc cujus laudationis interdum sunt vitia & laudantium mores; qvos jamdudum cordatiores Theologi & Politici notarunt, inter qvos eminet laudatissimus Theologus Mengering, *in Scrutin. Consc. catechet. c. 12. qv. 76, p. 1057.* & Danhauer. *in Lacte Catechet. p. 7. pag. 248. Generos. Dn. à Derschau p. m.* cordatus & pius horum & aliorum in Christiana Republ. nævorum censor, *in Hodosophia Viator. Christian. l. 3. c. 14. p. 380. & l. 4. c. 1. pag. 477. & seqq.* Et in specie notatu dignum, quod tradit Georg. Hornius *in histor. Ecclesiast. art. 3. §. 25. pag. 102.* invocatio Sanctorum, *inquit*, originem suam debet Orationibus panegyricis, *Basilii, Nysseni & Nazianzeni*, qvi cum Oratores summi essent, variis in concionando figuris Rhetoricis usi, nunc velut præsentes alloquebantur mortuos, nunc eorum intercessiones expetebant. Ita quod ipsi studio eloqventiæ faciebant, rudioribus exemplum errandi præbuit. *Hæc ille.*

A concionibus hisce invocatio Sanctorum orta.

Inspectoribus Ecclesiarum hoc laudandi officium competit in El. Brand. LVI. Cum autem per Ordinationes Ecclesiasticas Inspectoribus & Pastoribus communiter ferè hæc laudandi & commendandi sparta competat; & in specie in Electoratu Brandenb. ratione oppidorum cis Oderam

& trans

& trans Albim per constitutionem specialem d. 18. Oct. 1660. ubi cautum est hisce verbis: Was die Leichpredigten angehet / dieselben / und was deswegen nach eines jeden guten Willen gegeben wird / verbleiben dahingegen dem Pfarrern und Inspectorn alleine / gestalt dann ohne dessen belieben / und da es derselbe nicht aus erheblichen Ursachen den Diaconis selbst aufträget / selbigen keine Leichpredigt zu thun gebühret. Wann aber der Pfarrer einem Diacono eine Leichpredigt zu verrichten committiret / so soll er doch das ienige / was dafür entrichtet wird / mit demselben theilen / gestalt dañ auch an denen Orten / da es gebräuchlich / daß die Pfarrern mit Beichte sitzen / auch billich das Beichtgeld mit den Diaconis theilen. Quæritur itaq; si *moribundus Diacono, confessionario suo hasce partes demandasset in testamento vel alia voluntate, numne cedere teneatur Inspector vel Pastor?* Hoc videtur affirmandum propter favorem ultimarum voluntatum. Nihil enim est, qvod magis hominibus debeatur, quàm ut supremæ voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt,) liber sit stylus, & licitum, qvod iterum non redit arbitrium, *l. 1. C. de SS. Eccles.* Sed cum favor ille intra legum cancellos sit restrictus, testamentumque definiatur per *justam* voluntatis nostræ sententiam, in *l. 1. ff. qv. testam. fac. poss.* Sitq; juris publici testamenti factio *l. 3. ff. eod.* qvilibet secundum regulas Juris Civilis testari debet *l. 4. ff. d. t.* Et cum nemo in testamento suo cavere possit, ne leges in suo testamento locum habeant *l. 55. de leg. 1.* in præsentique casu expressa adsit Principis constitutio, huic derogare neqvit privatus, *arg. l. 38. ff. de pact.* adeoque Pastor credere non tenetur, nec leges publicas observans peccat. Æqvitatis enim ratio Principem ad simi-

Qvæstio.

ſimilia jura Eccleſiaſtica movere ſolet, eandemq; æquitas ſemper in ſimilibus juribus præſumitur, & cum in Electoratu Brand. in compenſationem nummi pœnitentialis, quem in multis locis ſoli Diaconi tanquam ſalarii partem percipiunt, hoc jus Paſtoribus aſſertum ſit, ſine iniqvitate non poterit obſervari privati aliter diſponentis voluntas. Facilè enim aliàs lex publica ſic poſſet everti, Paſtorque à perceptione reditus ſui excludi. Uti verò Diaconi ſeſe opponerent ſine dubio, ſi Paſtores nummum pœnitentialem participare vellent, cum pro parte ſalarii eorundem ſit *dict. Conſtitut. Elect. Br.* §. Nun hätten wir. ibi: weil es allezeit pro-parte ſalarii der Diaconorum ausgegeben worden. nec vitio vertere vel Paſtorem iniqvitatis accuſare poterunt, ſi ſe quoqve in jure ſuo defendat, ob ſummam æqvitatem ab ipſo Prætore eoque gentili in edicto: *quod quisq; juris &c.* obſervatam & ab ipſo Salvatore ſeriò inculcatam. *Matth. VII. v. 12.* Paratisſimumque itaque exequendæ voluntatis remedium erit transactio, ad quam Paſtòres & Inſpectores ob rationes prægnantes proni & faciles erunt, honorarii accepta parte, quod ipſum etiam vult *laudat. Conſtit. Elect. Brand.*

an laudatio funebris inducat obligationem laudati legati?

LVII. Hæc de Commendante ſufficiant, de commendato quæritur ulterius ſcil. *Si in perſonalibus, uti vocantur, ad memoriam defuncti laudabilem publicè referatur, defunctum pietatis officia varia exercuiſſe, & inter alia etiam ſummam certam ad pias cauſas legaſſe, hoc vero per teſtamentum, vel aliam ſcripturam vel per teſtes probari non poſſet, num ne corpus pium legatum ab heredibus petere poteſt?* Si Juris Civilis diſpoſitionem pro hujus caſus deciſione conſulimus, conſtat, illo jure nihil ſingulare eſſe conſtitutum, ſed legata ad pias cauſas

ſub

ſub diſpoſitione juris communis eſſe relicta, Jaſon. *in l. 1. C. de SS. Eccleſ.* Finckelthaus *Obſerv. 78. num. 38. & 40.* adeoque ex ſimili commendatione petitioni legati vel dati ad pias cauſas opponi poteſt defectus teſtamenti& non ſolenniter editæ de iſto voluntatis defuncti. Sed in hiſcé legatis cum diſpoſitionem Juris Canonici etiam in terris Imperii ſeqvamur, illudqve remittat ſolennitatem teſtamentariam & præter voluntatem ejusqve aliquam fidem nihil reqvirat, *c. Relatum eſt 11. X. de Teſtam.* Struv. *Exercit. 32. th. 23.* heredes ad præſtationem legati meritò obligari in terminis terminantibus dicit. Mev. *P. 8. D. 5. & 6.* heredum enim confesſio omnium probationum probatisſima habetur *t. tit. ff. & C. de Confeſſ.* ſuisque quisqve confesſionibus acqvieſcere debet *l. generaliter C. de non numer. pecunia.* nec in confeſſum aliæ ſunt partes judicis, quam ut condemnet *l. 25. §. fin. ff. ad Leg. Aquil.* Et licet confesſio extrajudicialis alias hoc privilegio non ſit munita, nec plenam probationem conſtituat, Dn. Brunneman. *ad ff. tit. de Confeſſ. Qv. 20.* ad favorem tamen legatorum ſimilium etiam hoc refertur privilegium, quod confesſio extra judicium facta faciat plenam fidem, Tiraquell. *de privileg. pia cauſ. priv. 112.* Et multo magis condemnandi eſſent heredes; ſi ſingularem hanc commendationem repetiiſſent & typis excudi feciſſent, ex geminatâ enim confesſione tantò fortior reſultat enixæ voluntatis probatio, & in heredibus conſcientiam relicti arguit, eosque, ſcriptura licet deficiat, obligat *l. 2. l. fin. C. de fideicommiſſ.* cum aliàs etiam qualisqualis agnitio voluntatis defuncti inferat necesſitatem obſervantiæ *l. 16. C. de teſtament.* Mev. *d. l. dec. 6.*

CAPUT III.

De Commendatione Rerum.

§. I.

Objectum secundum commendationis sunt Res. SEcundum thematis hujus objectum constituunt Res, quæ sunt tum corporales, eædemq; vel mobiles vel immobiles; tum incorporales seu jura, *l. 15. §. 2 ff. de re jud.* quæ interdum propter analogiam quandam rebus tum mobilibus, tum immobilibus accensentur, qvatenus scil. hisce cohærent. Struv. *Jprud. for. l. 2. tit. 2. aph. 4.*

Maximè in Emt. vend. II. Harum verò rerum commendatio maximè freqventatur in Emtione venditione. Si enim cogitamus secundum *l. 8, C. de rescind. vendit.* emtionis atque venditionis substantiam, & quod emtor viliori comparandi, venditor cariori distrahendi votum gerentes ad hunc contractum accedant, vixque post multas contentiones paulatim venditore de eo, qvod petierat, detrahente; emtore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum consentiant pretium; profectò perspicimus & reapse experimur, singulos tum emtorem, tum venditorem calliditate quadam & industria negotiativa uti; quæ jure nostro non improbatur *d. l 8. C. de rescind. vend, l. 16. §. 4. ff. de minor. l. 22. § fin. loc. conduct.* Struv. *Exerc. 23. th. 20.* Grot. *de J. B. & Pac. l. 2. c. 12. n. 26.* ibiq; Osiander *& l. 3. c. 4, n. 2.* Mevius *in prodromo Jurisprudent. gent. dispect. 2. § 8. p. 64.* eandemque sæpius commendationis beneficio exercet venditor &

Laudat venales, qui vult extrudere merces.

Emtor è contrario huic contradicens vilius æstimat merces, & sic voto suo per contemptum potiri venditoremque

que ad vilius vendendum inducere pro virili annititur. Hinc garrulitas pro præmio hic esse solet; mercatoresque in eligendis famulis & institoribus loqvaces amant, qui garrulitate sua sæpius emere nolentes ad contrahendum inducunt, vel ementes decipiunt. Si tamen terminos excedunt & dolum simul adhibeant, illis non proderit; si enim dolus caussam dederit contractui, coque is, qvi alioqvin contracturus non erat, ad contrahendum inducitur, contractus si est b. f. ipso jure nullus est, & datur remedium nullitatis, si verò strict. jur. est isque nondum impletus, opponitur exceptio doli, *l. 36. de V. O. l. ult. d. dol. mal.* Vel si consummatus est, datur actio doli; si verò dolus est incidens & quis alioquin contracturus ad tali modo v. c. vel carius emendum vel vilius vendendum inducitur, in b. f. contractib9 actione ex contractu purgatur dolus, omneque damnum fraude illatum restituendum venit *l. 7. pr. & §. 3. l. 9. d. dol. mal. l. 16. §. 1. d. min. l. 13. §. 4. & 5. d. action. emt. l. 2. C. eod.* aut si conveniatur deceptus purgatur dolus exceptione doli, qvia hæc doli b. f. judiciis in est, *l. 21. Sol. matrim. l. 84. §. 5. d. leg. 1.* quæ etiam in str. jur. contractu nondum impleto locum habet, actio enim ex contractu non datur; *d. l. 7. §. 3. in fin.* si vero impletus est, datur actio doli, Struv. *Exerc. 8. th. 27. & 33.*

Remedia contra dolum in E. V.

III. Emtio igitur & venditio, ut contractus b. f. per se sinceras & bonas reqvirit merces. *R. Imp. de anno 1497. 1500.* Policey-Ordnung zu Augspurg *de anno 1548.* zu Franckfurt *de anno 1577. tit. 24.* qvales etiam in dubio præsumuntur, daß es gute Kauffmanns Güter seyn. Mev. *ad Jus Lub. l. 3. t. 6. art. 15. n. 11.* dolum ergò non admittit, *l. 1. §. 1. l. 6. l. fin. ff. de act. emt. l. 5. C. de resc. vend. §. 28. Inst. de act.* Ædilitiumq; edictum à venditionibus omnes fraudes removet. *l. 1. §. 2. l. 37. pr. ff. de Ædil. Edict.* Alexand.

Mercium bonitas.

xand. ab Alexandro *gen. dier. l. 4. c. 4.* Cui conſonum illud Mercatorum vulgatum, Kauff erfordert Kaufmans Gut und Glauben. *Rövenſtrunck. meditat. Ædilit. lib. 1. c. 3. num. 43.* Dolus enim maximè in curia Mercatorum abeſſe debet, uti eleganter demonſtrat JCtus in *l. 1. §. 9. ff. de Off. Praf. Urb.* Qvam regulam ſtrictisſimè olim obſervabant populi nonnulli in Aſia, Seres dicti, à qvibus Sericum denominatur. Ii cum intelligerent, peregrinos mercatores ad permutationem ſerici advenire, deponebant ſericum in loco conſpicuo, & ſtatim abibant, atq; ita abſentes æſtimationem ſerici peregrinorũ mercatorum arbitrio relinqvebant. Sed talem candorem & ſimplicitatem fruſtra modo quæras. Marqvard. *de jur. Mercator. l. 4. c. 5. n. 8.* cum multi potius illicitis mediis faciant apparere bona ea, quæ non ſunt, ſupponentes bonas merces exterius & malas interius; qvalis fucus ſuperinductus in mercibus fieri poteſt ad valorem & æſtimationem earundem augendam vel bonitatem intrinſecam docendam. *l. 14. ff. de contrah. emt. & l. 21. §. 2. ff. de act. emt. Prov. 20, 14. Idem c. l. n. 4.*

Serum mores.

Vitia rerũ venditor indicare debet.

IV. Proinde merces, quas diſtrahit venditor, bonas eſſe, non vitioſas & corruptas convenit; ſed ſi tales ſunt, vitia ſibi nota emtori venditor indicare tenetur; quod non civilibus tantùm legibus conſtitui ſolet; ſed naturali quoq; æquitati congruit, *l. 1. §. 1. ff. de act. emt.* Hinc Cicero *l. 3. Offic. Quid ſtultius*, inquit, *quam venditorem vitia rei, quam vendit, narrare & quaſi præconem prædicere, domum peſtilentem vendo. Hoc genus celandi quis non videat? Certè non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non juſti, non boni viri; ſed potius verſuti, obſcuri, aſtuti, fallacis & callidi.* conf. Grot. *de Jure Bell. & Pacis l. 2. c. 12. § 9.* Venditor etiam rerum ſuarum qvalitatem ſcire præſumitur, *l. 1. §. 2 ff. de ædil. edict. l. 15. de reſcind. vendit.*

vendit. adeoq; etiam in dubio vitium. Cæpolla *ad tit. ff. de Ædil. Edict.* verb. *causa hujus n. 8.* Sed si revera ignoret, ignorantia in tantum non nocet, quàm scientia; illo enim casu, quando ignoravit, id tantum ex emto præstabit, quantò minoris emtor fuisset emturus, si scivisset. Si verò sciens hoc fecit & ita emtorem decepit, in id, quod interest, insuper tenetur, *l. Julianus 13. pr. ff. de act. emt. l. 58. de Ædilit. Edict.* Unde inferunt, si eqvus retrogradus suo vitio in causa fuit, ut emtor ab hostibus caperetur, venditorem teneri. Frantzk. *ad tit. de Ædilit. Edict n. 62.* Ab omni vero conventione se facile liberare potest, si bonâ fide, non obscurè aut insidiosè, vel dissimulanter, palam & rectè, *l. 38. d. t. l. 14. §. 9. eod.* vitia rerum indicaverit; sic enim de dolo vel injúria emtor conqueri neqvit, quia volenti non fit injuria, *l. 1. §. 6. ff. d. t. & d. l. 14. §. ult. eod.* Marquard. *d. l. n. 19.*

V. Cognitâ sic generaliter naturâ hujus contractus, quid de Commendatione dicendum, in propatulo est. Scilicet si generaliter rem laudet, & bonitate commendet venditor, durius, quàm contractus reqvirit, non obligatur; adeoq; dicens, e. gr. eqvum esse bonum, non expressa bonitatis vel qvalitatis certâ specie, non tenetur actione ædilitia, *arg. l. 19. pr. & §. 2. ff. de Ædil. edict. l. 43. ff. de contrahend. emt. l. 37. ff. de dol. mal.* Verbis enim civiliter rem ornare venditori licet, nec omnia ad vivum resecanda, alioqvin magna esset venditorum captio & commercia vix subsisterent. Nec creditur emtor fuisse tam credulus & stolidè imperitus, ut illa inani futilitate captus sit. Hilliger. ad Donell. *l. 13. c. 3.* idemq; si in specie qvidem laudet, sed quod apertè falsum sit, *v. gr.* domum bene exstructam; *d. l. 43. § 1. ff. de contr. emt.* qvia ipse emtor se decepit oculis suis non

commendatio rerum quando obliget.

usus, Donell. *lib.13, c.3.* cum dissoluta sit ignoratio *l. 55. ff.de ædil.edict, Rövenstrunck cit. loc. l.1. c.3. n.27.* Si verò in oculos non æquè incurrat,& pluris res vendita,utiq; tenetur venditor *d. l. 43. pr. ff. de contrab. emt.* Commendatio enim specialis, sive cum certæ qvalitatis expressione,vim promissionis obtinet. *Rovenstrunck d.loc. n,63.* amarè tamen eadem non est exigenda, *l.18. ff. de ædil.edict.* nec ob leve corporis vitium, qvod usum rei non impedit, res redhibenda est, *l.1.§.8. l.4.§.6. ff.eod.* Siqvidem odiosa ac vetita est bonæ fidei contractuum temeraria minimam ob causam rescissio *l. 54. ff. de contrab.emt, l.8, C. de rescind. vend.* Nec rescissoriæ actiones, qvalis est redhibitoria,) admittuntur, qvia contra Jus civile dantur *l.35. de oblig.& act.* temerè autem ob res leviculas dandæ non sunt, *l.10. l.11, de dol.mal.* conf. *l.7.§ 8. ff. de minor.*

VI. In specie verò notandum, si eqvus de meliori fuerit commendatus, omnibusq; numeris absolutus promissus,talem potissimum examinabit emtor & venditor præstabit (1) In corporis & animi integritate ut sit in guten Jahren/vester Natur/wol fressend/gesund und aufrichtig. (2)In membrorum decore; Schön von taille, dürr oder beschnitten von Kopff: Gespitzt von Ohren:gut von Augen oder scharffen Gesicht:schwanghälßig:wol vor die Hand stehend/und den Hals trahnend: Von Höhe/Leib und Gliedern wol proportionirt weit in der Brust/breit von Creutz/und über den Leib spaltrückig/starck und wol angerippet/rein und mager von Schenckeln/ Schwantzvest/groß u. hohl vom Huff. &c. (3) Moribus: Von actionen/flüchtig/muthreich/ edles Schritts oder Ganges / wohl überschlagend/hoch-und wol trabend/wendig/ frischen Mundes/

Equi optimi qualitates.

des/leichtes Zaums und sich fein in Zaum gebend. (4) Colore: Gut von Haar uñ Zeichen. *Rovenst. d. l. l. 1. c. 5. n. 20.*

VII. Rerum incorporalium sive jurium commendatio in prædiorum venditione potissima est ratio, eoq; nomine celebris illa, *fundum esse optimum maximum*, nostro idiomate, frey von allen oneribus, *l. 59. ff. de contrah. emt.* Hæc commendatio rem ab omni onere exemtam & immunem significat vel designat, scil. quod nulli servitutem debeat, non quod dominantis instar habeat, *l. pen. ff. de evict. l. 90. l. 176. l. 169. ff. de V. S.* Aliàs enim libertatem præstare non tenetur vel integritatem, sed qualis est, & licet venditor ignoraverit rem venditam alteri servire, non tamen tenetur de evictione, si simpliciter vendidit. *d. l. pen. de Evict.* Dn. Brunnem. *ad d. l. 59. ff. de contrah. emt.* ubi ratione integritatis *num. 4* affert præjudicium de venditore absoluto, cum emtor ab eodem sumtus repeteret, qvod canales subterranei essent vitiosi. Sed in casu nostro sc. fundo vendito ut optimo maximo servitutis vel alterius oneris nomine omnino tenetur: Qui enim omne dicit, nihil excludit; hæcq; dictio *quibuscunq;* vel similis, ut *quibusvis*, auget dispositionem, ut in concessione immunitatis comprehendantur etiam majora expressis, Bertazol. *clausul. 21. gloss. 4. p. 547.* Ejusmodi tamen vocabulum Frey / non excludit onera, quæ jure superioritatis vel Magistratus imponuntur vel imponi possunt, nec etiam comprehendit bona, so der Losung subjiciret und unterworffen; Nam libertas non excludit legis vel superioris vi Jurisdictionis competentem potestatem, qvod notandum in evictione *Besold. Thes. voc.* Frey. Hinc in simili casu, ubi quis prædium venditum laudaverit, ut ab omnibus oneribus liberum; Ohne alle Schulden-Last und Beschwerungen/

Jurium s. rerum incorporaliũ commend.

Fundus optimus maximus quis?

Excipitur Jus Super.

rungen/wie die auch Nahmen haben mögen; Venditor emtori non tenetur de evictione, Magistratu à possessore collectas exigente, voce enim onerum illorum non veniunt Reipubl. debita. Carpz. *lib. 4. Resp. 79.* Nec liberabitur emtor ab hisce oneribus, licet in specie onerum publicorum mentio est facta, per similem enim pactionem contrahentes fisco præjudicare neqveunt, cum jus reale habeat in subditorum bonis *l. 2. & ult. C. sine censu & reliquis:* ibiq; Dn. Brunnem. & Perez. nec emtor ullius pacti prætextu sese tueri potest, quo minus collectam rei possessæ inhærentem præstet *l. 7. ff. de Publican. & vectigal.* Klock. *de Contribut. cap. 18. n. 55.* inter ipsos tamen contrahentes valet: Qvocirca emtor quidem tenetur fisco, sed habet regressum contra venditorẽ, quod fisco secundum conventionem non satisfecit; ratio est non tantum in *l. 1. ff. de pact.* sed vel maximè in *l. ult. C. de pact. inter emt. & vend.* quòd emtor haud dubiè aliter non fuisset comparaturus, Tabor. *de metat. part. 3. sect. 2. c. 1. num. 17. circa fin.* Et licet immunitatem à collectis reverâ docere possit venditor, eandemq; promiserit, ad evictionem tamen ob illas, quæ tempore necessitatis extremæ imponuntur, non tenetur emtori, Dn. Brunnem. *Cent. 1. Dec. 31.*

Pactum de non præstãdis collectis

VIII. Sed de eo quæritur; *Si venditor commendaverit rem venditam, & qualitatem, quantitatem in oculos non incurrentem vel jus certum de re vendita affirmasset, ad evictionem tamen se teneri nolle protestatus esset, an ex commendatione suâ teneatur?* Hoc negandum videtur ob expressum pactum de non præstandâ evictione, licet enim evictionis præstatio sit ex naturalibus Emt. Venditionis *l. 11. §. 2. de act. emt.* adeoque etiam non expressa secundum ipsam legis dispositionem regulariter insit, tamen

Protestatio de non præstandâ commendatione an liberet?

men pacto naturali contractus mutari posse, eodemq; evictionis præstationem, juris est indubitati, per *d. l. 11. §. fin.* Struv. *Exerc. 27. th. 34.* Frantzk. *de Evict. n. 261.* Et protestatio alias conservare solet jus protestantis, eademq; b. f. facta liberat venditorem, ne de servitute vel alio onere teneatur, *l. 39. vers. quando hac generalis ff. de act. emt. vend.* Frantzk. *ad d. tit. num. 130.* Mev. *ad J. Lub. lib. 3. tit. 6. art. 14. num. 14.* Lauterbach. *ad tit. de act. emt. §. 1. n. 10. in fin.* Sed non obstantibus hisce, protestatione fortiorem esse specialem commendationem in simili casu responsum fuit ab Ordine JCtorum Viadrinæ hujus celeberrimo, teste Ejusdem qvondam Magnifico Ordinario, Dn. Brunnem. *cent. 1. Dec. 4.* ubi casus proponitur de qvodam, qvi lacum vendiderat & affirmaverat, se ante qvadriennium 220. carpiones collocasse in illo, nec unqvam se vel suos piscatos in illo lacu, se tamen nolle illum numerum præstare. Cum verò aqua derivaretur vix pauci pisciculi reperti. Sententia itaq; lata, venditorem veritatem specialis suæ commendationis probare debere, per *l. 43. pr. ff. de contrah. emt. & l. 18. de act. emt.* nec obstante illa conventione venditorem teneri actione quanti minoris, *l. 13. §. 4. ff. de act. emt. l. 11. §. fin. eod.* Quæ aliàs locum etiam habet, qvando ignoravit venditor servitutem prædialem, & ob eandem tenetur, quanti minoris emisset emtor, si servitutem impositam scivisset, *l. 16. de evict. & l. 61. de ædil. edict.* adeoq; magis hoc in casu ubi affirmavit, qualitatem, quantitatem vel jus certum adesse; nec protestatio, quæ facto cõtraria, quicquam operabitur, maximè quæ tendit contra totalem effectum Juris resultantem ex facto sc. commendationis, qvi consistit in obligatione, per *dict. text.* conf. *Constant.*

Affirm. qv.

Præjudiciũ

Protestatio quando non operatur.

tanti non emisset, si defectum scivisset. *l. 43. §. 6. de ædil. edict. l. 25. §. 1. de except. rei jud. Treutl. vol. 2, disp. 2. th. 3. lit. A.*

IX. Reliqua jura rerum incorporalium commendationem adjicere non placet, qvibus forte emtor ad emendũ carius induci possit; cum ex jam adductis decidendi ratio ob paritatem commendationis facile deduci queat. Sic in nominum vel actionum cessione notum est, cedentem ad evictionem eatenus esse adstrictum, ut solummodo præstet cessum debitorem & sine exceptione efficaciter obligatum, *l. 13. de R. J.* non autem teneri præstare debitorem locupletem sive nomen idoneum *l. 4. ff. de hered. vel act. vendit.* Vel breviter: Cedens tenetur bonum nomen facere de jure i. e. obligatum, & non de facto i. e. locupletem. Nisi cessionarius à cedente, asserente & commendante debitorem esse solvendo, sit seductus, *arg. l. 22. §. 2. ff. Solut. matrim.* Carpz. *P. 2. c. 34. def. 26.* Berlich. *P. 2. Dec. 290. n. 21* Dolum enim quilibet cedens præstare debet, *l. 74. de evict. in fin.* B. Brunneman. *d. cession. act. c. 5. num 50.*

Nominum commendatio.

X. Denique de Regali vectigalium jure pro Statu nostræ Reipubl. Romano-Germanicæ observandum venit illud specialissimum, quod Imperatori non licitum sit in præjudicium Electorum pro impetranda vectigalium immunitate dare literas promotoriales vel commendatitias, Förderungs-Brieffe/vorbittliche Schreiben/ qvibus Imperator utilitatem alicujus ita promotam vult, ut visis his literis sine mora & inqvietudine liber à vectigalibus dimittatur. Et hoc modo Electores Rhenani sibi in specie cautum voluerunt *Capitul. Carol. V. art. 19.* Fortasse his majus onus accrevit propter freqventiorem navigationem in Rheno, quam in aliis fluviis, ceteris minus, ut inde majorem rationem habuerint, quàm reliqui Electores, qui capitulationi manum & consilium admovent. Limn. *ad dict. art. 19.* Hoc ipsum postea in Capitulatione *Maximiliani II. art.*

Pro impetranda vectigalium immunitate in Imperio nostro non admittuntur Commẽdatitiæ literæ Impp.

art. 9. ad omnes Electores generaliter extenſum fuit; qvi articulus duo continet: Primum eſt, non licere Regi Romanorum alicui ſpem facere concesſionis novi telonii aut veteris augendi vel meliorandi, Alterum eſt, non licere Regi Rom. intercesſionales vel commendatitias petenti concesſionem novi telonii aut veteris augendi cauſa dare ad Electores. Liberrimus enim, qvod hæc attinet, Electorum debet eſſe conſenſus, & ne quidem precibus aut intercesſione Rom. Regis provocari. Verum enim eſt vetus illud: Cogit rogando, qui rogat potentior. Et conſimiles preces armatas appellat Menoch. *A. J. Q. caſ. 461. n. 20.* Limn *ad d. art. 9.* conf. *art. 17. & 18. Capit.* Rudolphi II. *art. 18. & 19.* Matthiæ *art. 17. 20. & 23.* Ferdinandi II. *artic. 20. 23.* Ferdin. III. *art. 21. & 23.* glorioſisſimi Leopoldi. Et in hac Capitulatione novisſima hoc in ſpecie notatu dignum eſt, quod Imperator promittat, præter Electorum conſenſum in novorum vectigalium concesſione, vel conceſſorum auctione vel prorogatione vicinorum etiam Principum & eorum, qvorum intereſt, vota & deliberationes ſe prius audire velle; nec valere debere in Collegio Electorum majora vota: *art. 21.* ibi: Es ſeyn denn die benachbarte und interesſirte Stände und dero erforder-tes auch in gebührende conſideration ziehendes Gutachten vorhero darüber vernommen/ und hernacher aller und jeder ſieben Churfürſten/ Wiſſen/ Willen/ Zulaſſen/ und Collegial Rath mit einhelligem Schluß alſo und dergeſtalt in dieſem Stück vorgangen/ daß keines Churfürſten Wiederred oder diſſens dagegen/ ſondern alle und iede dero Collegial-Stimmen einmüthig ſeyn/ maſſen wir dißfalls die Majora nicht attendiren/ auch ohne vorgehende unani-

Jus vectigalium Imperator ſine Electorum conſenſu concedere neqvit.

CAP. IV. & ULTIMUM.
DE
Commendatione Actionum.

§. I.

Actionis significatio.

ULtimam manum, Deo juvante, impositurus huic studio, in Actionum Commendatione finiam. Sumitur verò vocabulum Actionis pro juris nostri cujuscunq; in judicio institutâ persecutione, *l. 10. l. 40. de V. S. l. 25. ff. de Obl. & act.* Germ. eine angestrengte Klage/Rechtshängiger Process; in Camera Spirensi *Querela* dicitur. Suntq; eo nomine notæ *causæ simplicis querelæ, & præparatæ.* Illæ sunt, quæ hactenus intractatæ primùm in judicium Camerale deducuntur, aliàs dictæ *causæ primæ instantiæ:* hæ verò sc. *querelæ præparatæ*, quæ pridem judicialiter apud inferiorem judicem agitatæ, & per viam appellationis ad Cameram devolutæ sunt; unde etiam nominantur causæ appellationis I. secundæ instantiæ. Blum. *in Process. Camer. tit. 25. n. 65.*

Causæ simplicis & præparatæ querelæ.

Actionum commendatio licita vel illicita.

II. Actionum verò commendatio alia licita, alia illicita est: ad licitam referendæ sunt literæ intercessionales vel promotoriales, quæ justitiæ cursum promovent, maturantq; retardatam justitiæ administrationem; solentq; expediri per modum precum in terminis civilibus, qvando Superior subdito vel civi suo in alieno judicio litiganti succurrit & pro celeri justitiæ administratione causam commendat.

Effectus earundem.

III. Harum verò literarum effectus esse solet justitiæ administratio, sicq; denegetur, repræsaliarum juri viam sæpius aperiunt, ceteris tamen paribus. Vid. de hisce *Struv. de vind. priv. c. 12.* Differunt verò hæ promotoriales ab illis, quæ à superiori ad inferiorem fiunt pro maturando Processu & administrandâ justitiâ, quæ vim mandati habent, & comminationem continere solent, ut nisi judex iisdem intra illud spatium obtemperet, quod tunc supplicanti ad ulteriorem implorationem aliâ viâ subveniendum sit, soletq; per pœnalia mandata

Differunt à Promotorialibus aliis.

data constringi inferior, vel causa avocari ad superiorem *Rec. Prov. Elector. Brandb. de an. 1653. §. 20.* ibi: und soll jedere Sache zuforderst an die unmittelbare Obrigkeit remittiret, und von derselben keine Sache/ es geschehe denn in causâ denegatæ justitiæ liederlicher weise avociret ꝛc. werden. *De Processu Camer. Spir. in simili causâ usitato* vid. Blum. *d. Tract. tit. 57 n. 24. & seq.*

IV. Illicitarum verò commendationum casus sunt, ubi justitia non tàm promovetur, quàm per cuniculos removetur & turbatur injustè; quod ipsum potissimum fieri solet à Judice in actorum transmissione, ubi Judex in epistola Collegio, à quo responsum peti solet, una cum actis, transmittenda, sæpius affectuum impetu occœcatus partium induit personam, & respondentibus causam, ut suam, commendat: Hâcq; ratione sæpius venalem justitiam deprehendere licet. Qvanquam enim consultum collegium hoc attendere non debeat, si quid judex præter Acta in favorem partis alterutrius attendi desideret, cum judici affirmanti quid vel attestanti non credatur, nisi qvatenus ex actis constat. Cothman. *vol. 5. Resp. 50 n. 128.* multò minus verò moveri conveniet *Epistolis commendatitiis* qvas, teste Maranta *in specul. aur. p. 6. de appellat. n. 9* Judices Idiotæ in favorem alterius partis clàm sæpè submittunt; fieri tamen quandoq; potest, ut non satis cauto vel etiam fraudis conscio Referenti angvis in herbâ latitans obrepere qveat. Ad quam suspicionem amovendam Judices vel Actuarii, qui sinceri sunt, hac cautela uti solent, ut exemplar epistolæ missæ (der Urthels Frage) voluminis Actorum calci insinuent, quo partes & post remissionem Responsi, quid Collegio scriptum sit, introspicere queant. Renneman. *de transmiss. act. c. 6. §. 20. pag. 126.* Conf. Oldekop. *Observ. crim. tit. 1 obs. 8.* Ipsæ etiam partes aliàs ante transmissionem petere possunt, ut ipsis detur copia videndi literas, quas Judex vel Actuarius ad Collegium mittit; & si deneget hoc judex petenti parti, appellari potest. Oldekop. *d. l. n. 5.* Quando verò copiam vel inspectionem concedit, epigraphen, nomenq; Collegii, cui

Illicitarum Commendationum exempla.

In Actorum transmiss.

Judicum epistola commendatitia.

Cautela contra hasce.

mittuntur, tunc enim Nuncio tradere solent in favorem causæ formatas commendatitias, aureos montes consultis promittentes, si ex voto responsum fuerit. Et licet verum sit illud Horatianũ: (l.3.Od.3.)

Justum & tenacem propositi virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis Tyranni
Mente quatit solida -- -- --

Non omnes tamen sunt Papiniani, qui in ejus auditorio vivunt. Præstat itaq; ad evitandam hanc partium commendationem callidam, nuncii nomen celare, ut diligentissimè fieri potest, nec eidem in loco à quo aperire locum ad quem transmittuntur Acta; sed ut à tertio demum de loco, ex qvo responsum petendum sit, alibi informetur. Oldekop. *d. l. obs 9.*

Cautela pro judice.

V. Pessimus vero Commendandi modus est, quem observare solent Judices pessimi in relationibus suis, quas sæpius ad Principum vel Superiorum Mandata transmittere tenentur, ubi omnis justitiæ sæpius obliti ad partiũ castra transeunt, alterius jura commendantes, adversæ verò parti contradicentes. Et facilè hisce machinationibus pars obviare posset, si jura de Relationibus *in ff. & C.* expressa observarentur, cumq; partibus relationes communicarentur, ut observare possent, numne actis reiq; veritati conformes essent nec ne; qvippe tunc demum relationibus plena veritas est, cum vel allegationibus repelluntur, vel probantur assensu, *l. 2. C. de Relat.* Vel uti in *l. 1. C. d. t.* hoc exprimitur, consultationis exemplum ilico edendum est apud acta, ut si cui forte relatio minus plena vel contraria videatur, is refutatorias preces similiter apud acta sine aliqva frustratoria dilatione offerat. In primis verò inverso hoc referendi modo uti solent perversi Judices, relationibusq; suis clandestinis vel gravare vel commendare alterutram partem, qvando ab eorundem sententiis appellatum est à parte alterutra. In honorem Superioris recipi qvidem solet appellatio, sed Apostolorum exhibitio differtur, donec inscia parte appellante, relatio facta ad Principem, & per mandatum sub- & obreptitiè impetratum appellatio rejecta fuerit. Mores hosce dudum Constantinus Imper. damnavit in *l. 1. C. d. t.* *Si judex sententiam tulerit, minime postea, ne à se provocetur, relatione præmissa terreat litigantes, sciens, quod si hoc fecerit, nihilominus jure appellationis*

Relationum judicialium abusus.

Appellationis impedimentum sæpius sunt relationes.

lationis rei agitabitur. Gravisſimas & juſtisſimas qverelas eo nomine cumulavit experientia edoctus Oldekop. *in tract. contra Carpzov. decade 3. qv. 7. n. 27. & ſeqv.* ubi juſtè invehitur contra ſimiles literas denigratorias, aut pro parte altera commendatitias, ſimilesqve machinationes clandeſtinas impediendi Proceſſus appellatorios. Hæc & plura alia ſunt illa vulnera juſtitiæ, qvibus ſanandis novo Juſtiniano opus eſſet.

VI. Præter enarratos modos etiam ille damnatus eſt, ſi partes judi- *commenda-*
cis privatas ædes ingrediuntur, hoc enim modo *petitionis ſuæ æquita- tio extra-*
tem commendare, ut loqvitur Imperator in *l. 4. C. de Obſeqv. patron. judicialis*
præſt. non licet, *l. un. §. ult. ff. ad L. Jul. Ambit.* ſed crimen ambitus *privatorū*
per L. Juliam Judiciariam committitur: Oppidò autem notetur, ſo- *in ædibus*
lam ingresſionem pœnæ ſubjici, non reqviri inſuper, ut animus judi- *judicio pro-*
cis vel tentatus vel etiam occupatus ſit: & puto ego, pœnæ locum *hibita.*
fuiſſe etiam tum, qvando judex domi non fuerit repertus, Dn. Ziegl. *de Off. jud. concl. 17. §. 7.* Et in ſpecie repetitam dederunt hanc legem Impp. Valens, Gratianus & Valentinianus, ſc. ne quis domum judicis ordinarii poſtmeridiano tempore ex occaſione ſecreti ingredi familiariter affectaret, ejusdem duntaxat provinciæ: ſive notus judici ſive ignotus eſſet, tametſi etiam honoris autoritatem præferens, *l. 6. C. Theod. de off. Rect. provinc.* Non itaq; ipſi tantum, qvorum intererat, hi aditus & introitus erant præcluſi, ſed etiam horum nomine redemptis, veluti curialibus, Militibus, Adſeſſoribus, Doctoribus, Profeſſoribus, Medicis (utpote apud Rectorem Provinciæ ſeu Judices ferme gratia prævalentibus,) occaſione ſecreti, i. e. horis ſecretis, poſtqvam ſe recepit judex ex Secretario publico. Vid. Jac. Gothofr. *ad d. l. 6.* conf. *l. 1. C. Theod. de off. jud. civ.* Et ad evitandam omnem ſuſpicionem & conſervandam judiciorum integritatem ſaluberrimè erat conſtitutum, ne judices, poſteaqvam ſe de confesſu publico in domum receperant, libellos acciperent. *l. 3. C. Theod. de off. Rect. prov.* *Nec licitū*
Et idem apud Gallos obtinet: *Requeſte doit eſtre preſentée au juge libellos trās*

cum ſudore decretum extulit. Corruptos apud Judices aſſiduorum mores & inter prandendum vel alibi gratiam captantium taxatos vide ſis apud eundem *ad d. l. 6. d. tit.* Ab hiſce corruptelis mores *Mores hodierni.* noſtrorum litigantium integra non relinqvunt judicia; qvid enim uſitatius & magis qvotidianum, qvàm judices (non dicam de obliqva uxoriæ gratiæ captatione,) domi adire & privatim eosdem informare? Dn. Brunnemann. *ad d. l. un ff. d. L. Jul. Ambit.* Ea res & judicem dedecet, & partem interpellantem. Judicem, qvia hinc ſuſpicionis notam incurrit, ex privatâ ejusmodi informatione animum ejus corruptum eſſe, atque partium ſtudia in judicium inferri. Litigatorem interpellantem, tùm qvia hinc aliqva præſumptio naſcitur, cauſæ eum ſuæ minimè confidere, & proinde non tàm judices illi, quàm patronos quærendos eſſe, tùm etiam, qvia per ſe vitioſus eſt actus ille, quo quisque alterius animum corrumpere tentat. Nec enim minus, imò fortè magis peccat, quam qui ſervum alterius corrumpit, de quo videri poſſunt Dd. *ad tit. ff. de ſerv. corrupt. Ziegl. de off. judic. concl. 17. §. 6.*

Inſuſurratio in aures judicis. VII. In ipſo judicio in privatis quoqve improbatur in aurem judicis inſuſurratio, & ad cauſas recuſationis judicis refertur, ſi altera pars pro tribunali ſedenti in aurem ſecreto locata ſit. Zanger. *de Except. p. 2. c. 4. num. 20.*

Concluſio. VIII. Sed dum hæc meditor, & quid de commendatione fidejuſſoris in cauſa criminali Judici; (Oldekop. *in obſervat. criminal. tit. 3. obſerv 6. num. 2.* Guazzin. *Tract. ad defenſ. reor. def. 6. c. 2. num. 4. & 5.*) nec non Miniſtris Principum in ſuffragio (vid. *l. un. Cod. de ſuffrag.* ibiq; Dd. & Tabor.) ſit notandum, adjicere volo, audio ſuſurros Divæ Themidos, quæ aurem vellicat & ST! acclamat, mihique de commendatione juſto diutius agenti ſilentium imponit. Finio itaque *Lector Benevole*; ſi quid commendatione dignum egiſſe viſus fuero, ſola benigniſſimi DEI, ſummi ſtudiorum meorum Patroni eſt gratia, cui

SIT LAUS ET GLORIA.

CORRIGENDA.

Pag. 25. in fine §. 9. poſt noviſſima, adde Ferdinandi IV, & pag. 72. lin. 18. dele que. Pag. 65. l. 22. dele delictum.

